


Officina


Silvatorum


1750

91956










PP XVIII - 252

OFFICIA SANCTORUM PROPRIA ECCLESIAE ET DIOECESIS TOLOSANÆ,

*Jussu Illustrissimi & Reverendissimi Dom. Dom. HENRICI
DE NESMOND, Archiepiscopi Tolosani, edita.*

*Quibus adjecta sunt Officia quæ nuper Sanctæ Sedis Apostoli-
cæ auctoritate, partim ex præcepto, partim ad libitum
recitanda prodiere.*

*Et illa quæ in novo Proprio jussu Illustrissimi & Reverendissimi Dom.
Dom. CAROLI-ANTONII DE LA ROCHE-AYMON,
Archiepiscopi, editio, ad calcem adjuncta reperiuntur.*



TOLOSÆ,

Apud CLAUDIO-MÆGIDIUM LECAMUS, Regis, Illustris-
simi Dom. Dom. Archiepiscopi, Clerique Typographum.

M. DCC. L.



ОГНЕВ
БИТОВА
ПРОПРИЕ
ЕСТЕСТВОДОС



ТОЛОСЫ



PRAEFATIO.

CAROLUS-ANTONIUS DE LA ROCHE-AYMON, Dei & Sanctæ Sedis Apostolice gratiâ, Archiepiscopus Tolosanus, Regi ab omnibus Consiliis, &c. Universis ac singulis has Litteras inspecturis, Salutem in Domino.

FRATRES CHARISSIMI, prima muneric nostri, optimaque pars est, ea quæ ad res sacras, ac imprimis ad recitationem Divini Officii pertinent, curare, atque ad Religionis normam componere. Hæc attento animo perpendentes animadvertisimus, pluria, tum in Breviario Romano, tum in Peculiari nostræ Diœcesis, Officia descre, quæ supplere necessarium duximus, ut deinceps, & commodius, & magis accurrâte Horas Canonicas exequi possitis.

Iam dudum in nostra Diœcesi, sicut & in multis aliis, justa de causa institutum fuit, ac sine intermissione custoditum, ut Sanctos quosdam singulari Cultu veneremur, utpote Patres aut Pedagogos in Fide, vel Concives aut Populares.

nostros ; eorum enim exempla è nobis pretiosiora sunt quò magis domestica , è efficaciora quò magis nostra . Quapropter Sanctorum illorum Officia sapiùs edi curaverunt Decessores nostri : quorum vestigiis insistentes , quorumdam Sanctorum quos uti suos Ecclesia Tolosana agnoscit , Officia , quæ huc - usque omissa fuerant recitanda propone-re , & nostrâ & vestrâ simul Religione dignum esse censuimus .

Insuper Ecclesia numquàm sterilis , quippe quæ à Sancto - Spiritu fecundatur , novos quotidiè parit & Cælo donat Sanctos ; eorum ergo ut honori , illos venerando , & Fidelium saluti consulat , nostro Cultui ac Imitationi proponendo , illorum Officia recitare , vel permisit , vel præcepit . Verùm cùm pluria ex illis , in Breviariis hactenùs editis desiderentur , opera pretium esse duximus ut huic nostro Volumini inserantur .

Iis de Causis , Typographiæ nostræ Præfecto Li-
centiam damus , Officia Sanctorum propria Ec-
clesiæ & Diœcesis Tolosanæ jussu nostro edita ac
per nos approbata , Typis mandandi : iisque adji-
ciendi illa quæ nuper Sanctæ Sedis Apostolicae
Auctoritate , partim ex præcepto , partim ad libi-
tum recitanda prodiere .

Mementote , FRATRES CHARISSIMI ,
hac Acta Sanctorum perlegentes , quòd non tan-
tum illis pro sit nostra laudatio , quàm nobis eo-
rum imitatio ; veraque laudatio cordis , imita-

11def.
erm. 2.
Ass.

*tio sit operis ; imitari ergo non pigeat quod celeb
rare delectat. Cupimus autem cum Apostolo ,*
FRATRES - DILECTISSIMI, unumquemque
vestrum eamdem , quam Sancti , ostentare
sollicitudinem ad expletionem spei usque in
finem , ut non segnes efficiamini , verum imi
tatores eorum qui fide & Patientiam hæredita
bunt promissiones. Deus autem Patientiae &
Solatii , det vobis id ipsum sapere in alterutrum
secundum J E S U M - C H R I S T U M , ut uno
ore cum Sanctis , & in Sanctis ejus honorifi
cetis Deum & Patrem Domini Nostri J E S U
C H R I S T I . Datum Tolosæ , die septimā
Aprilis , anno Domini millesimo septingentesimo
quadragesimo - quarto.

† CAROLUS-ANTONIUS , Archie
piscopus Tolosanus.

*De Mandato Dom. Dom.
Archiepiscopi ,
MAUNIER , Secret.*



*NOMENCLATURA SANCTORUM
Diæcesis & Ecclesiæ Tolosanæ pecularium.*

NOVEMBER.

29. S. Saturnini Episc. & Mart. cum octav. Page 1.

DECEMBER.

16. S. Honorati Episc. Conf. 23.

FEBRUVARIUS.

17. S. Silvini Episc. Conf. 72.

MAIUS.

7. Translat. S. Steph. Protomart. 97.

16. S. Germerii Episc. Conf. 103.

20. S. Hilarii Episc. Conf. 114.

31. S. Silvii Episc. Conf. 120.

JUNIUS.

14. Translat. s. Exuper. Episc. Conf. 126.

JULIUS.

3. S. Raymundi , Conf. Pag. 72. Supplementi.

7. S. Martialis Episc. Conf. 129.

AUGUSTUS.

3. Invent. S. Stephani Protomart. cum octav. 142.

16. S. Rochi Conf. 164.

19. S. Ludovici Episc. Conf. 167.

SEPTEMBER.

28. S. Exuperii Episc. Conf. 201.

OCTOBER.

16. S. Bertrandi Episc. Conf. 215.

24. S. Eremberti Episc. Conf. 83. Suppl.

NOVEMBER.

3. S. Papuli Mart. 225.

NOMENCLATURA SANCTORUM
quorum Officia adjecta sunt.

D E C E M B E R.

4. S. Barbaræ Virg. & Mart.	Pag. 10.
5. s. Petri Chrisologi Episc. Conf.	Pag. 1. <i>Supplementi.</i>
12. S. Eusebii Episc. & Mart.	5. <i>Suppl.</i>
18. Offic. de Expectatione B. M. V.	8. <i>Suppl.</i>

J A N U A R I U S.

Dom. 2. post Epiphan. Offic. de SS. Nomine Jesu ,	26.
Missâ ejusd. Officii ,	50.
19. S. Canut. Mart.	53.
23. S. Raymund. de Pennafort Conf.	57.

F E B R U A R I U S.

4. S. Andreæ Corsini Episc. Conf.	61.
8. S. Joannis de Matha Conf.	64.
9. S. Apolloniae Virg. & Mart.	69.
10. S. Scholasticæ Virg.	24. <i>Suppl.</i>

M A R T I U S.

8. S. Joannis de Deo Conf.	75.
17. S. Patricii Episc. Conf.	81.
19. S. Joseph, Sponsi B. M. V. Conf.	27. <i>Suppl.</i>
Fer. 6. post Dom. Passion. Offic. Septem Dolor. B. M. V.	37. <i>Suppl.</i>

A P R I L I S.

4. S. Isidori Episc. Conf.	58. <i>Suppl.</i>
5. S. Vincentii Ferrer. Conf.	85.
21. S. Anselmi Episc. Conf.	88.

M A I U S.

5. S. Pii Quinti Pp. & Conf.	94.
11. S. Antonini Episc. Conf.	100.
17. S. Ubaldi Episc. Conf.	106.
18. S. Venant. Mart.	109.
25. S. Mariæ - Magdal. de Pazzi Virg.	117.

J U N I U S.

10. S. Margaritæ Scotor. Regin. Viduz,	123.
12. S. Joannis à S. Facundo Conf.	63. <i>Suppl.</i>
16. S. Joannis - Francisci Regis Conf.	66. <i>Suppl.</i>

19. S. Julianæ de Falconerii Virg.	69. Suppl.
<i>F U L I V S.</i>	
8. S. Elizabeth Regin. Portug. Viduæ ,	132.
15. S. Heliaci Conf.	136.
16. Offic. B. M. V. de Monte - Carmelo ,	75. Suppl.
19. S. Vincentii à Paulo Conf.	78. Suppl.
20. S. Margarit. Virg. & Mart.	139.
<i>A U G U S T U S.</i>	
7. S. Caietani Conf.	143.
12. S. Claræ Virg.	160.
23. S. Philippi Benit. Conf.	173.
27. S. Rosæ à S. Maria Virg. Limanæ ,	81. Suppl.
<i>S E P T E M B E R.</i>	
2. S. Stephan. Hungar. Regis Conf.	178.
5. S. Laurent. Justinian. Episc. Conf.	183.
Dom. infra Octav. Nativit. B. M. V. Offic. de SS.	
Nōmine ejusdem ,	188.
24. Offic. de B. Maria de Mercede ,	197.
<i>O C T O B E R.</i>	
Dom. 1. Solemnitas SS. Rosarii B. M. V.	204.
10. S. Francisc. Borg. Conf.	207.
13. S. Eduardi Regis Angl. Conf.	211.
17. S. Heduvigis Vid.	218.
21. SS. Ursulæ & Sociat. Virg. & Mart.	221.
<i>N O V E M B E R.</i>	
10. S. Andreæ Avellini Conf.	36. Suppl.
13. S. Didaci Conf.	228.
15. S. Gertrudis Virg. & Abb.	39. Suppl.
19. S. Elizabeth Vid.	231.
20. S. Felicis Vales. Conf.	234.
24. S. Joannis à Cruce Conf.	92. Suppl.
Commemoratio S. Steph. inter Suffrag. SS.	238.
Orationes pro Rege dicendæ in Missa Assumpt. B. M. V.	239.



OFFICIA SANCTORUM PROPRIA ECCLESIAE ET DIOECESIS TOLOSANÆ,

Jussu Illustrissimi & Reverendissimi D. D. HENRICI
DE NESMOND, Archiepiscopi Tolosani,
recognita.

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

IN FESTO SANCTI SATURNINI,
Proto-Præfulis Tolosani, & Martyris, nec-
non Civitat. Patron. Duplex i. clas.
Omnia de communi unius Martyris, præter
Orationem & Lectiones secundi Nocturni.

ORATIO. turnini Martyris cui atque
 MNIPOTENS que Pontificis passio-
sempiterne , ne consecrasti : concé-
Deus , qui de propitiis , ut cuius
hunc diem beati Sa- martyrii glóriam cele-

A

2 *In Festo Sancti Saturnini Martyris.*

brámus in terris , ejus témoris párvulam ;
consórtes fieri mereá-
mur in cælis. Per Dó-
minum nostrum , &c.

*Fit cqm. Feriæ Adv.
si occurrat.*

*Lectiones I. Nocturni,
A Miléto, de communi
unius Martyris.*

In II. Nocturno.

Lectio IV.

SAtumninus Tolósæ
primus Episcopus,
ad eam civitátem, Ro-
mâ missus, cùm perve-
nisset , cœpérunt dæ-
monum, qui in ea urbe
colebántur , vaticinia
cessare, Cujus rei cau-
sam dum investigárent
vanæ superstitionis An-
tistites, tandem intelli-
gunt Saturninum Chri-
sti virtute dæmonum
ora sic obturásse , nè
possent consuléntibus
orácula réddere. Cùm
enim ipsi beato Pontí-
fici ad Ecclésiam id

juxta Capitólium ,
quod inter domum in
qua habitábat, & ipsam
domum Dei médium
erat , frequens iter es-
set ac réditus , ejus
præsentiam fallax dæ-
monum turba non pô-
tuít sustinére.

R. Honéstum fecit il-
lum Dóminus , & cus-
todivit eum ab inimicis ,
& à seductóribus tutá-
vit illum : Et dedit illi
claritátem ætérnam.

V. Descenditque cum
illo in fóveam : & in
vinculis non derelíquit
eum. Et dedit.

Lectio V.

QUâdam autem
die , parato ad
victimam Tauro, Satur-
ninum ad officium so-
lémne vénientem qui-
dam ex illa malignán-
tium turba éminus ag-
noscens, exclamat adéf-

se Deorum adversarium. Comprehēnsus verò , cùm dæmoniis immolare cogerétur , liberè respóndit, unum se verum & solum Deum agnoscere; huic soli se laudes & hóstias immolatūrum ; Deos autem illórum , dæmones esse , quos non tam hóstiis pécudum , quām animárum suárum extio honorábant ; nec posse ánimum inducere ut eos cóleret , quibus terróri se esse intelligeret.

B. Desidérium ánimæ ejus tribuisti ei , Dómine. Et voluntáte labiōrum ejus non fraudásti eum.

¶. Quóniam prævenisti eum in benedic-
tiōnibus dulcēdinis : posuisti in cápite ejus corónam de lápide pre-tiōso. Et voluntáte,

Lectio VI.

AD hujusmodi verba excandescens impia turba , Tau-ro illo , qui in viétimam erat præparátus , ad ministérium suæ crudelitatis utuntur : postrémâ enim funis parte , quæ ad posterióra Tauri defluébat , sancti viri pedes alligant , ac tūmque stimulis acrioribus Taurum , è superiōri Capitólii partē in plana præcipitant , ac per ipsius Capitólii gradus lapideos , cápite colliso , cérebro excusso , ac toto corpore lacerato , sanctam ánimam Christus accepit. Exáime verò corpus ad eum locum , Tauro furénte , rupto fune , perdūctum est , ubi Christiánis ob furórem Gentilium illud humáre metuēntibus ,

In Feste Sancti Saturnini Martyris.

duæ mulieres sexûs im-
becillitatem fidei vir-
tute superantes, ligneo
immissum féretro ,
quām máximè profun-
do loco ita condidé-
runt , ut venerandas
reliquias non tam sepe-
lire quām abscóndere
viderentur. Quas post
annos aliquot , in ip-
sius nōminis Ecclésia
collocatas , unā cum
áliis plurimorum Sanc-
tórum reliquiis plebs
fidélis piâ devotioне
veneratur.

P. Stolâ jucunditá-
tis induit eum Dómi-
nus : Et corónam pul-
chritúdinis pósuit su-
per caput ejus.

V. Cibávit illum Dó-
minus pane vitæ & in-
tellectus : & aquâ sa-
piéntiae salutáris potá-
vit illum. Et corónam.
Glória Patri. Et Co-
rónam.

In iertio Nocturno ,
Evang. Si quis venit
ad me , cum Homil. S.
Greg. Papa, ut in com-
muni unius Mart. Ni-
bil sit de vigil. S. An-
dree Apostoli, nec de S.
Saturnino mart. sed fit
com. feriæ Adventus ,
si occurrat.

Missa Statuit , &c.
In secundis vesp.
com. S. Andreæ Apost.
& fer. Advent. si oc-
currat.

XXX. NOVEMB.

Secundâ die infra oc-
tavam , de Sancto An-
dréa Apostolo, dup. sine
comm. octavæ S. Sa-
turn. nisi in secundis
vesperis , modò die se-
quenti fiat officium de
octav. Fit tamen comm.
fer. Advent. si occurrat.

DIE I. DECEMP.

Tertiâ die infra oct.
sancti saturni , semi-
duplex.

Lectiones primi Nocturni de script. occur.

In secundo nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

De Sancto Cypriano

12.

Lectio IV.

Sermónem éxigit tam grata & religiosa solémnitas, quā passióne beáti Mártyris Saturnini celebrámus. Tristis procul dúbio tunc Ecclēsia fuit, non damno cadéntis, sed desidério recedéntis: semper cípiens vidére præséntem tam bonum rectórem atque doctorem. Sed quos affixerat sollicitudo certáminis, consoláta est coróna victoris. Et nunc non solum sine ulla tristitia, verūm étiam cum ingénti lætitia, cuncta quæ tunc gesta sunt,

legéndo recólimus, diéque isto gaudere nobis concésum est, non timére. Neque enim formidámus terribiliter veniéntem, sed expectámus hiláriter redeúntem.

X. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab ini-micis, & à seductóribus tutávit illum: Et dedit illi claritatēm ætérnam.

X. Descendítque cum illo in fóveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Paulò post.

Lectio V.

Vicinâ córporis morte, non moriebatur in ánimo Pastóratis vigilántia Pastórális, & cura tuéndi Dominici gregis. Usque ad extrémum vitæ hujus diem, mente só-

6

Festa Decembris.

briā tenebātur ; excutiēbat ab ánimo dili-
géntiam fidelissimi dis-
pensatōris, manus tam
próxima cruénti carní-
fīcis. Ita se Mártyrem
cogitábat futūrum , ut
esse non obliviscerétur
Episcopum ; magis cu-
rans quam rationem
Pastórum Príncipi de
commīssis sibi óvibus
rédderet , quām quid
infideli de fide própria
respondéret. Amábat
quippe eum qui Petro
dixerat : Amas me ?
pasce oves meas : &
pascébat oves ejus, pro
quibus sanguinem fun-
dere , illum ímitans ,
præparábat.

R. Desidérium án-
mæ ejus tribuísti ei ,
Dómine : Et voluntá-
te labiōrum ejus non
fraudásti eum.

V. Quóniam præ-
venísti eum in bene-

dictiōnibus dulcédiñis:
posuísti in cápite ejus
corónam de lápide pre-
tióso. Et voluntáte.

Circa finem.

Lectio VI.

P Ræcésserant eum
multi Mártyres ,
quos flagrantíssimis ex-
hortatiōnibus suis ad
vincéndum diábolum
accénderat : & erat úti-
que justum, ut quos ve-
ridicus loquéndo præ-
miserat , patiéndo in-
trépidus sequerétur.
Quid ad hæc dicámus ?
Quid ad hæc exulté-
mus tantâ conceptione
gaudiōrum ? In quid
erúmpat cor nostrum ,
& os nostrum ? Habén-
tes memoriām præsén-
tis loci , festivitatēm
solemnissimi diei , pro-
positiōnem saluberrimi
exempli , ómnibus me-
dullis nostris dicámus ,
Deo grátias.

R. Stolâ jucunditá-tis índuit eum Dómi-nus : Et corónam pul-chritúdinis pósuit su-per caput ejus.

Y. Cibávit illum Dó-minus pane vitæ & in-léctûs : & aquâ sapiéntiæ salutáris potávit il-lum. Et corónam. Gló-ria Patri. Et coró-nam.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio VII. Cap. 14.

IN illo témpore : Di-xit Jesus turbis : Si quis venit ad me , & non odit patrem suum , & matrem , & uxórem , & filios , & fratres , & soróres , adhuc autem & ánimam suam , non potest meus esse discí-pulus. Et reliqua.

De Homilia sancti Gre-górii Papæ.

Hom. 37. in Evangelia.

SCimus quia cùm de terra Philistinó-rum arca Dómini ad terram Israélitarum re-diret , plaustro super-impósita est , & vac-cæ plaustro subjúnctæ sunt ; quæ fœtæ fuisse memorántur , quarum vítulos clausérunt do-mi. Et scriptum est : Ibant autem in diréc-tum vaccæ per viam , quæ dicit Béthsames : uno itinere gradiebán-tur , pergéntes & mu-giéntes , & non decli-nábant , neque ad déx-teram , neque ad sinis-tram. Quid igitur vac-cæ , nisi fidéles quo-que in Ecclésia desígnant ? Qui dum sacri elóquii præcépta con-siderant , quasi super-impósitam sibi Dó-

mini arcam portant.

R. Coróna aürea su-
per caput ejus : Exprés-
sa signo sanctitatis, gló-
ria honoris, & opus
fortitudinis.

V. Quóniam præve-
nisti eum in benedic-
tionibus dulcédinis ;
posuisti in cápite ejus
corónam de lápide pre-
tióso. Expréssa.

Lectio VIII.

DE quibus hoc
étiam est notán-
dum, quòd fuisse fœ-
tæ memorántur: quia
sunt plerique qui in via
Dei intrínsecus pósiti,
foris carnálibus affécti-
bus ligántur; sed non
declinant à recto itíne-
re, quia arcam Dei
portant in mente. Ecce
enim vaccæ Béthsames
pergunt: Béthsames
quippe domus Solis dí-
citur, & Prophéta ait:
Vobis autem, qui ti-

métis Dóminum, orié-
tur Sol justitiæ. Si igi-
tur ad æténi Solis ha-
bitatióne m téndimus,
dignum proféctò est,
ut de Dei itinere pro
carnálibus afféctibus
non declinémus: totâ
enim virtute pensan-
dum est, quòd vaccæ
Dei plaustro suppólitæ
pergunt, & gemunt:
dant ab intimis mugí-
tus, & tamen de itíne-
re non deflécunt gres-
sus. Sic nimicum fidé-
les quique esse debent,
ut compatiántur pró-
ximis per charitátem,
& tamen de via Dei
non exóbitent per
compassiónem.

R. Hic est verè Mar-
tyr, qui pro Christi nó-
mine sanguinem suum
fudit: Qui minas Júdi-
cum non timuit, nec
terrénæ dignitatis gló-
riam quæsivit, sed ad
cælestia

cælestia regna pervenit.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui minas. Glória Patri. Qui minas.

Lectio IX.

Hoc ipsum verò ódium ánimæ qualiter exhibéri débeat, véritas subdendo manifestat, dicens: Et qui non bajulat crucem suam, & cætera. Crux quippe à cruciátu dicitur: & duóbus modis crucem Dómini bajulámus, cùm aut per abstinétiam carnem afficimus, aut per compassióinem próximi, necessitatē illius nostram putámus. Qui enim dolorem exhibet in alienâ necessitate, crucem portat in mente. Sciendum

verò est, quod sunt nonnulli, qui carnis abstinétiam, non pro Deo, sed pro inani glória exhibent: & sunt plerique, qui compassionem próximo non spiritáliter, sed carnáliter impéndunt, ut ei non ad virtutem, sed quasi miserando ad culpas faveant. Hi itaque crucem quidem vindicentur ferre, sed Dóminum non sequuntur: unde rectè hæc eadem véritas dicit: Qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discípulus.

Te Deum laudámus.

In Laudib⁹ fit com-memor ferie Adventus, si occurrat. In vesperis à capitulo de S. Bibiana virg. & mart. com-mem. octavæ & ferie Adventus, si occurrat.


DIE II. DECEMB.

& feriæ Adventus , si
occurrat.

Quartâ die infra oct.
S. Saturnini , de S.
Bibiana virg. & mart.
semid. In Laudibus
commemor. octavæ &
feriæ Adventus , si oc-
currat. In vespere fit
de S. Francisco Xave-
rio conf. non pont. du-
plex , cum commemor.
S. Bibiana , octavæ , & feriæ.

DIE III. DECEMB.

Quintâ die infra oc-
tav. S. Saturnini , de
S. Francisco Xaverio
conf. non pont. duplex.
In Laudibus commem.
octavæ & feriæ Adven-
tus. In vesper. com-
memor. S. Barbaræ
virg. & mart. octavæ



DIE IV. DECEMBERIS.

Sextâ die inf. oct. S. Saturnini.

IN FESTO SANCTÆ BARBARÆ
Virginis & Martyris , semid. in Diœcesi
Tolosana.

omnia de comm. præter hæc quæ seq. intur.

O R A T I O .

Deus , qui inter
cætera potentiæ
tuæ miracula , etiam
in sexu frágili victo-

riam martyrii contu-
listi : concéde propi-
tius , ut qui beatæ
Bárbaræ Virginis &
Mártiris tuæ natalitia

Éolimūs ; per ejus ad te exēmpla gradiāmur. Per Dóminum , &c.

*In I. Noct. lect. de
script. occurr.*

In II. Nocturno.

Lectio IV.

BArbara Virgo , Nicomédiæ , in persecutiōne Júlii Maximini passa est. A patre síquidem Dióscoro viro nóbili , sed Gentili , in alta & muníta turri , ob egrégiam ejus pulchritúdinem custodiénda inclúditur , ubi bálneum & duas fenéstræ quibus lumen exciperétur in ea fieri jubet. Bárbara verò , absénte patre , tértiam addi fenéstram , & labri paviméntum crucis imágine ornári voluit. Revérsus pater de tértia fenéstra quærit. Virgo occasiōnem nacta , de Sacro-sánctæ

Trinitatis Mystério multa apérte & divinè differit , ac pluriib[us] verbis ad salutárem Christi fidem patrem est cohortáta.

R. Propter veritátem , & mīnsuetudinem , & justitiā : Et deducet te mirabiliter déxtera tua.

X. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ , intén-de , prósperè procéde & regna. Et deducet te.

Lectio V.

AT pater non solum suæ impie-tatis stimulis , sed etiam máximo Cæsar[is] timore adductus , qui fidem Christi immániter persequebátur , filiam modis ómnibus nítitur ad idololátriam revocare. Cùmque id cónsequi non posset , Provinciæ Præsidi eam tradit. Qui

primum virginem blan-
ditiis aggrēsus , ubi se
vidit nihil efficere , nu-
dam nervis būbulis cru-
déliter cædi , deinde
præacutis téstulis vúl-
nera perficari impe-
rat. Post hæc , in cár-
cerem truditur , ubi
clarissimā luce , &
Christi Dómini præ-
sentiâ , ad reliqua su-
būnda certamina mi-
tificè confirmatur.

R. Dilexisti justitiam,
& odisti iniquitatem:
Propterea unxit te
Deus Deus tuus óleo
lætitiae.

V. Propter vetitatem,
& mansuetudinem , &
justitiam. Propterea,

Lectio VI.

Sed cùm iterum
Præsidi susteretur ,
& constántior in fidei
confessióne persisteret ,
férreis ungulis dilaniá-
tur , latéribus ardentes

faces admovéntur , ca-
put férreis málleis con-
tunditur , mamillæ præ-
cinduntur , diréptis vés-
tibus ignominiaç cansâ ,
per pùblica loca per-
dúcitur. Quibus tor-
mémentis fôrtiter & in-
victè superatîs , tandem
à patre impietatis fu-
róre aménte , capite
truncata , gloriósum
martyrii agónem con-
summavit.

R. Afferéntur Regi
vírgines post eam , pré-
ximæ ejus : Afferéntur
tibi in lætitia & exul-
tatione.

V. Spécie tuâ , & pul-
chritudine tuâ , inten-
de , prósperè procéde
& regna. Afferéntur
tibi.

Glória Patri. Afferén-
tur tibi.

In III. Nocturno.

Evang. Simile est
regnum cœlorum the-

fauro , &c. de com.
non Virg.

In Laud. com. oct. & fer.

Mis. Loquébar, &c.
cum dicto Evang.

Vesp. à cap. de octav. com. præc. & S. Sabbae Abb.

DIE V. DECEMB.

Septimā die infra octav. S. Saturnini, sem.

In primo Noct. Lectio-
nes de script. occ.

In secundo Nocturn.

Sermo Sancti Máximi
Episcopi.

De Sancto Cypriano.

Homilia 2.

Lectio IV.

IN martyrio beatissimi Saturnini, Fratres charissimi, univer-
sa nobiscum Christi exultat Ecclésia, quam in omne gaudium &
celestis eruditioне ser-
monis instruxit, & mún-
nere triumphalis sanguinis decoravit. Fuit

enim in eo, sicut compértum habémus, & contra errores diáboli spiritális sapiéntiæ plenitudo, & advérsum persecutíones mundi, Christiáni péctoris infatigáta constántia. Quis non hujusmodi virum, quantis valet præcordiis, prosequá-
tur, cujus eloquéntia inspiráta divinitus, & Ecclésias dúcit, & sæculum confutávit?

R. Honéstum fecit il-
lum Dóminus, & cul-
todivit eum ab inimí-
cis, & à seductóribus
tutávit illum: Et dedit illi claritátem æter-
nam.

V. Descenditque cum illo in fóveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio V.
Verè hic mirábi-
lis, atque óm-

nium ubique studiis celebrandus, quem sanctitas Sacerdotem, peritia Doctorem, fides Martyrem consecravit. Pretiosa, inquit David, in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Vide te, charissimi, in quantum venerabilis Saturninus etiam prophetica supergressus est laudem, cuius in conspectu Domini non solum mors, sed & vita extitit pretiosa. Moriendo namque proprium Christo sanguinem dedit, vivendo nihilominus cohortatione fortissimam, innumeros celo Martires acquisivit.

R^e. Desiderium animae ejus tribuisti ei, Domine. Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio VI.

Quid hoc clarius Sacerdote, qui inter hominum turbas gloriâ cœlestis conversationis emicuit, atque inter Angelicos coetus, & suâ factus est, & aliorum morte conspicuus. Justissime hic cum Patriarchâ David cantavit Domino Deo suo dicens: Cor meum & caro mea exultaverunt in Deo vivo. Exultavit itaque cor ejus in Deo vivo, cum morientis ac morituri sæculi vanitate despiciât, totum se divinis mancipavit obséquiiis. Exultavit & caro ejus in Deo, quæ de hoc

mundo , non miseri corruptione languoris, sed piis pro religione suppliciis consecrata migravit.

R. Stolâ jucunditatis induit eum Dóminus : Et corónam pulchritudinis pósuit super caput ejus.

¶ Cibávit illum Dóminus pane vitæ & intellectus : & aquâ sapientiae salutáris potavit illum. Et corónam. Glória Patri. Et corónam.

*In tertio Nocturno.
Léctio sancti Evangélii secundum Lucam.*

Lectio VII.

Cap. 14.

IN illo tempore, Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me , & non odit patrem suum, & matrem , & uxorem , & filios , & fratres, & sorores , adhuc

autem & ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et réliqua.

*De Homilia Sancti Joánnis Chrysóstomi.
Ex Hom. 36. in Matth.
longè post initium.*

Si quis venit ad me, & non habet ódio patrem suum , & matrem , & uxorem , & liberos , & fratres , & adhuc ánimam suam , non potest meus esse discípulus. Non simpliciter jussit te coniunctos tibi homines insequi ; id enim iniuriam omnino , atque pestiferum est ; sed quando plūs me petit aliquis diligī , ódio ipsum hábeas , ait. Hoc enim tam diligēti , quām ei qui diligitur , perniciosissimum est. Hac doctrinā , & credentes filios majōris animi fecit , & patres ,

né ab amore Christi liberos detúrbent, admónuit; vidéntes tantas esse ipsius vires, ut fáciél posset à paréntibus filios eripere: quare ea tentare non debent, quæ ad finem dedicere non possunt.

R. Coróna áurea super caput ejus. Expréssa signo sanctitatis, glória honoris, & opus fortitudinis.

V. Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcédinis, posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretioso. Expréssa.

Lectio VIII.

DÉinde nè molés- té aut gráviter ferant fidéles, animad- vérte quò sermónem dedúcit: cùm enim díxerit: Qui non odit patrem & matrem, conféstim intulit, &

ánimam suam. Quid enim Paréntes, fratreſ, ſoróres, uxórem, pro me ſolūm abjiciéndos putas? Nihil eſt hóminiánimâ ſuâ con- júnctius; & tamen ni- fi hanc étiam óderis, non ea quæ diligénti, ſed ea quæ ódio habén- ti, tibi retribuēntur. Nec ſimpliciter odiſſe ánimam jubet; ſed á- deo, ut ad bellum, ad pugnas, ad cædem, ad fánguinem prodas.

R. Hic eſt verè Martyr, qui pro Chriſti nōmine fánguinem ſuum fudit: Qui mi- naſ Júdicum non tí- muit, nec terrénæ di- gnitatis glóriam quæ- ſivit; ſed ad cœlēſtia regna pervénit.

V. Justum deduxit Dóminus per vias ré- tas, & osténdit illi regnum Dei. Qui minas.

Glória

Glória Patri. Qui mi-
nas.

Lectio IX.

Nam qui non por-
tat crucem suam,
& venit post me, non
potest meus esse disci-
pulus. Ita non ad mor-
tem simpliciter parátos
esse jubet, sed ad mor-
tem étiam violéntam :
nec ad violéntam so-
lùm, verùm étiam ad
máximè ómnium ex-
probrabilem. Nec ta-
men áliquid adhuc de
sua Passióne disséruit,
ut istis intéreà castigá-
ti, æquióri ánimo de
Passióne ipsius verba
factúrum aúdiant. An
non est dignum vehe-
ménter admirári atque
stupére, quómodò igi-
tor non evolávit ? Má-
xima erat ac ineffabi-
lis virtus dicéntis, at-
que audiéntium chári-
tas non parva.

Te Deum.

In Laudibus comme-
mor. fer. & S. Sabbæ
Abb. Vesperæ duplices
de die octava, ut in
primis vesperis, com-
mem. ferie.

DIE VI. DECEMB.

Octavâ S. Saturnini,
dup. In primo Noctur-
no ll. de script. occur.

In secundo Nocturno.
Sermo Sancti Joánnis
Chrysostomi.

De S. Ignatio, circa
medium.

Lectio IV.

Tempus animad-
vítate, Fratres,
quo dignitatem Episcopálem Beátus Satur-
nínus est assecútus. Ne-
que enim est éadem
nunc, quæ tunc erat,
Ecclésiam gubernándi
conditio, non æquális
est labor, viam tritam
& planè parátam post
multos ingredi viató-

C

res ; atque eam , quæ nunc primò secánda est , quæque prærupta & saxósa , ferisque plena , nec ullum adhuc viatórem admisit . Tunc autem , quocumque quis óculos vérteret , ubique præcipitia , bá-rathra , & bella , & pugnæ , & pericula : Imperatóres , & Reges , & Pópuli , & Civitátes , & Gentes , & Doméstici , & Aliéni credéntibus nisi insí-dias tendébant .

R. Honéstum fecit Dóminus , & custodi-vit eum ab inimicis , & à seductóribus tu-távit illum : Et dedit illi claritátem æté-ram .

V. Descenditque cum illo in fóveam : & in vinculis non de-reliquit eum . Et dedit illi .

Paulò post .

Lectio V.

Quemadmodùm igitur guberná-tórem admirámur , non quod vectóres possit in portum incólumes ducere , cùm mare tran-quillum est , cùmque navis fertur ventis se-cúndis : sed cùm insa-niente péLAGO , ventis que sæviéntibus , qui in navi sunt , inter se disséntiunt , magnâ tempestáte intùs & foris navigántes exagi-tante , navim tamen potest dirígere & con-servare ; sic eos , qui tunc Ecclésiam regé-bant , multò magis , quàm illos qui eam in præsénti gubérnant , suspicere debémus & admirári , quando tanta bella intùs & foris : quando fidei planta im-becíllior erat adhuc ,

Et diligētiā magis indigébat : quando véluti modò génitus infans, Ecclésiæ pópulus magnam providétiā atque sapiétiā ánimæ, à qua nutriéndus esset, postulábat.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei , Dómine : Et voluntáte labiōrum ejus non fraudásti eum.

V. Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcédinis : posuisti in cárpite ejus corónam de lápide pretioso. Et voluntáte.

Paulò post.

Lectio VI.

Verùm , nè totum tempus in Episcopátū consideratiōne collocántes, ab iis, quæ ad eum uti Mártyrem spectant, enarrándis excludámur ; age, ad illius certamina contendá-

mus. Versútus enim diabolus , & ad struendas aptus insídias, existimábat , si Pastóres sustulisset , ovilia se facile direptúrum. Sed qui comprehéndit astutos in eórum astútia, osténdens Ecclésias suas non ab homínibus gubernári ; sed eos , qui in ipsum credunt, semper à se regi , id fieri permittébat , ut cùm cérneret, rectóribus sublatis , non tamen reliquiōnem deléri, non veritatis prædicationem extingui , sed pótius augéri ex rebus ipfis , & ipse , & qui ei inserviébant , omnes intelligerent , Christianórum disciplinam non ab homínibus pendére, sed in cælis radices ágere , Deumque esse, qui ubique Ecclésias tuerétur.

C ii

R. Stolâ jucunditá-
tis induit eum Dómi-
nus : Et corónam pul-
chritúdinis pósuit su-
per caput ejus.

V. Cibávit illum Dó-
minus pane vitæ & in-
tellectus : & aquâ sa-
piéntiæ salutáris potá-
vit illum. Et corónam.
Glória Patri. Et coró-
nam.

In tertio Nocturno.

**Léctio sancti Evangélii
secundum Lucam.**

Léctio VII.

Cap. 14.

TN illo tempore,
Dixit Jesus turbis :
Si quis venit ad me,
& non odit pátrem, &
matrem, & uxórem,
& filios, & fratres, &
soróres, adhuc autem
& ánimam suam ; non
potest meus esse discí-
pulus. Et réliqua.

Homilia Sancti Au-
gustini Episcopi.

Ex Epist. 38.

SUmpius ad turrim
ædificándam , &
bellántium valéntia de-
cem millium advérsus
Regem qui viginti ha-
bet , nihil est áliud ,
quàm ut renúntiet
unusquisque ómnibus
quæ sunt ejus. Prælo-
cútio autem supérior
cum extréma conclu-
sione concórdat : in eo
enim quòd unusquis-
que renúntiat ómnibus
quæ sunt ejus , étiam
illud continétur , ut
óderit patrem suum ,
& matrem , & uxórem ,
& filios , & fratres , &
soróres , adhuc & áni-
mam suam . Omnia
enim hæc própria ejus
sunt , quæ plerúmque
implicant & impé-
diunt ad obtinénda ,
non ista própria tem-

poráliter transitura, sed
in æternum mansūra
commúnia.

R. Coróna aurea
super caput ejus : Ex-
préssa signo sanctitatis,
glória honoris, & opus
fortitudinis.

V. Quóniam præve-
nisti eum in benedictio-
nibus dulcédinis, po-
suisti in cárpite ejus co-
rónam de lápide pre-
tióso. Expréssa.

Paulò post.

Lectio VIII.

Nec succénsent
paréntes, hoc
præcipere Dóminum,
ut eos odérimus, quan-
do nobis hoc de áni-
ma nostra præcipitur.
Sicut autem hoc præ-
céptum, quod pérde-
re iubémur ánimam
nostram, non ad id
valet, ut se quisque in-
térimat, quod inexpiá-
bile nefas est; & tamen

valet ut intérimat in
se carnálem ánimæ af-
fектum, quo cum im-
pediménto futuræ vi-
tæ presens vita deléc-
tat : ita de paréntibus
rectissimè dicitur, ut
qui eos amat, perdae
eos, non amóre parri-
cidárum interficiens,
sed spiritáli gládio ver-
bo Dei carnálem afféc-
tum eórum, quo &
seípsos, & eos quos
genuérunt, irritamén-
tis hujus sæculi obli-
gáre conántur, piè fi-
dentérque percútiens
& occidens, illud in
eis vivere fáciat, quo
cum filiis suis tempo-
rálibus, paréntes æter-
nos Deum Ecclesiám-
que cognóscunt.

R. Hic est verè Mar-
tyr, qui pro Chri-
sti nómine sanguinem
suum fudit : Qui mi-
nas Júdicum non tis-

mult, nec terræ dignitatis gloriam quæsi-vit, sed ad cælestia regna pervenit.

v. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui minas. Glória Patri. Qui minas.

Lectio IX.

Tolle crucem tuam, & séquere Dóminum. Crux enim nostra, quam Dóminus portari à nobis jubet, ut eum expeditissimi sequámur, quid áliud, quam mortalitatem carnis hujus significat? Ilsa enim nos cruciatur, donec absorbeatur mors in vi-

tóriam. Crux ergo hæc ipsa crucifigénda est, & transfigénda est clavis timoris Dei, nè solitatis & liberis membris, reluctántem portare non possis: sequi enim Dóminum, nisi eam portans, omnino non vales. Nam quomodo eum sequeris, si non es eis? Qui autem Jesu-Christi sunt, ait Apóstolus, carnem suam crucifixérunt cum passionibus & desideriis.

Te Deum laudámus.
In Laud. commemo-ratio Ferie.

In Vesp. à capitulo de S. Ambros. com-morat. octavæ & fer.

DIE XVI. DECEMBRIS.

*SANCTI HONORATI, EPISCOPI
Tolosani & Confessoris, Duplex.*

O R A T I O.
EXaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Honoráti Confessóris tui atque Pontíficis solemnitaté deférimus: & qui tibi dignè méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum, &c.

Commemor. fer. Advent. Lect. primi Noct. de scriptura occur.

Sic celebretur in Quat. Temp. Lect. 1. Noct. sumunt. de com. Conf. Pont. Fidélis sermo.

In secundo nocturno.

Lectio IV.

Honorátus secundus Tolósæ Epí-

copus, natíone Cántaber, à beáto Saturnínō baptizátus, cùm Pampilónem urbem Cantabrórūm præcipuam, docéndi verbi Dei gratiâ proféctus esset, tantos in Christianæ virtæ instituto fecit progréssus, ut sancto Saturnínō de médio sublato, ejus Pontificális dignitatis honore sit donátus. Cujus vitam móribus expreßit, & cum beáto Honésto Nemausénsi, quem sanctus Saturninus in itinere sibi sóciūm & labórum partícipem assúmpserat, ómnia Oriéntis pia loca visitávit.

R. Invéni David ser-

vum meum; óleo sancto
meo unxi eum: Ma-
nus enim mea auxiliá-
bitur ei.

X. Nihil proficiet
inimicus in eo, & fi-
lius iniuitatis non no-
cébit ei. Manus enim.

Lectio V.

Cum autem Ho-
noratus Tolosæ
óptimi Pastoris partes
obiret, Honestus,
quem Saturninus Pres-
biterum regéndæ Pam-
pilonénsi Ecclésiæ ins-
tituerat, ad ipsum mit-
tit Firmínium, quem
tanquam populárem
suum Pampilonénses
eximiè colunt, Chris-
tiánæ vitæ præceptis,
moribúsque piis insti-
tuéndum. Tanto ma-
gistro dignus discípu-
lus evásit; probatâque
indústriâ, ab Honorato
initiátor sacris Ordini-
bus, & varijs in par-

tes Gálliæ legátur;
quas omnes cælesti
Evangélii face feliciter
collustrávit: traditúr-
que fundásse Ecclésiam
Ambianénsem, & eam
primus Episcopáli po-
testate obtinuisse.

R. Pósui adjutórium
super poténtem, & ex-
altávi éléctum de plebe
mea: Manus enim mea
auxiliábitur ei.

X. Invéni David ser-
vum meum; óleo sancto
meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectio VI.

Honoratus tandem
quamplúrimis re-
rum benè gestárum
méritis illústris, vitam
hanc mortálem cum
ætérrna commutávit
Tolosæ, ubi conditus
jacet. Nam cùm cyc-
tata esset ædes sacra
sancto Saturnino, in
eam corpus ejus dela-

sum,

tum, & in eādem póst-modiūm nvéntum, juxta gradus per quos ad sancti Saturnini monuméntum est ascén-sus, in lapideo túmulo fuit collocátum ; præ-ter caput quod argén-teâ thecâ conclusum, in eādem æde vísitetur & honorátur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operáitus est, & omnis terra doctrinâ ejus re-pléta est : Ipse intercédat pro peccatis ómnium populórum.

¶. Iste est qui con-témpsit vitam mundi,

& pervénit ad cælestia regna. Ipse intercédat, Glória Patri, &c.

Ipse intercédat.


In tertio Nocturno.

Homil. in Evang.
Homo péregrè , de
com. Conf. Pont. 9. l.
hom. fer. Quat. Temp.
si occurrat.

In Laud. com. fer.

Missa Sacerdótes tui,
cum Evang. Homo pé-
regrè.

Observá Festum hoc
adveniens die Domini-
cá, anticipari die 14. Et
tunc fit commemoror. oc-
tavæ & feriæ.





Dom. 2. post Epiphan.

I N F E S T O
S A N C T I S S I M I
N O M I N I S J E S U ,

Duplex 2. clas.

A D V E S P E R A S

Antiphona.

O Mnis qui invo-
cáverit Nomen
Dómini, salvus erit,
allelúia.

Psal. Dixit Dóminus.

Ant. Sanctum & ter-
rible Nomen ejus :
íncium sapiéntiae ti-
mor Dómini.

Psal. Confitébor.

Ant. Ego autem in Dó-
mino gaudébo, & exul-
tábo in Deo JESU meo.

Psal. Beátus vir.

Ant. A Solis ortu us-
que ad occásum laudá-
bile Nomen Dómini ,
allelúia.

Psal. Laudáte, púeri.

Ant. Sacrificábo hós-
tiam laudis, & Nomen
Dómini invocábo.

Psal. Crédidi.

Capitulum. Phil.

F Ratres , Christus
humiliávit semet-
ípsum, factus obédiens

usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi Nomen, quod est super omne nomen, ut in Nōmine J E S U omne genu flectatur.

Hymnus.

JE S U dulcis memória,
Dans vera cordi gaudiā:
Sed super mel, & ómnia,
Ejus dulcis præsentia.
Nil cānitur suāvius,
Nil auditur jucundius,
Nil cogitatur dūlius,
Quām JESUS, Dei Filius.

J E S U spes pœnitētibus,
Quām pius es petētibus!

~~Q~~uām bonus te quærentibus!
Sed quid inveniētibus?

Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere:
Expertus potest crédere,
Quid sit J E S U M diligere.

Sis, J E S U , nostrum gáudium,
Qui es futurus præmium:
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sæcula. Amen.

¶. Sit Nomen Dómini benedictum, allelúia.

¶. Ex hoc nunc, & usque in sæculum, allelúia.

Ad Magnificat, Ant.

Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum Nomen ejus, allelúia.

Oratio.

Deus, qui Unigénitum Filium tuum constituesti humani generis Salvatō-

D ij

rem ; & JESUM vocári jussisti : concéde propitiis , ut cuius sanctum Nomen venerámur in terris , ejus quoque aspéctu perfruámur in cœlis. Per cùmdem Dóminum nostrum Iesum Christum , &c.

Commemoratio Dominicæ 2. post Epiph.

Suscépit Deus Israël puerum suum : sicut locutus est ad Abraham , & semen ejus : exaltare húmiles usque in sæculum.

¶. Vespertina oratio ascéndat ad te, Dómine.

¶. Et descéndat super nos misericordia tua.

Oratio.

OMnipotens semperne Deus , qui cœlestia simul & terréna moderáris : suppli-

cationes populi tui clementer exaudi & pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum nostrum , &c.

Ad Complet. & Horas diei , in fine Hymnorum dicitur , Glória tibi, Dómine. Qui natus , &c.

AD MATUTINUM.

Invit. Admirabile Nomen JESU , quod est super omne nomen :

* *Venite adorémus.*

Psal. Venite exultemus.

Hymns.

JESU , Rex admirabilis ,

Et triumphator nobilis ,

Dulcédo ineffabilis :

Totus desiderabilis .

Quando cor nostrum visitas ,

Tunc lucet ei véritas ,
Mundi vilescit vánitas ,

Et intus fervet chā-
tiras.

JESU dulcédo cōr-
dium ,

Fons vivus , lumen
mémentum ,

Excédens omne gaú-
dium ,

Et omne desidérium.

JESUM omnes agnós-
cite ;

Amórem ejus póscite ;

JESUM ardénter quæ-
rite ;

Quæréndo inardéscite ,

Te nostra , J E S U ,
vox sonet ,

Nostri te mores éxpri-
mant ;

Te corda nostra dili-
gant ,

Et nunc , & in perpé-
tuum. Amen.

In primo Nocturno.

Ant. Dómine Dó-
minus noster , quām
admirábile est Nomen
tuum in univérsa ter-
ra !

Psalmus 8.

Quóniam eleváta
est magnificéntia
tua : * super cœlos.

Ex ore infántium &
lacténtium perfecisti
laudem propter inimí-
cos tuos : * ut déstruas
inimicum & ultó-
rem.

Quóniam vidébo cœ-
los tuos , ópera digitó-
rum tuórum : * Lunam
& stellas , quæ tu fun-
dásti.

Quid est homo , quòd
memor es ejus : * aut
filius hóminis , quón-
iam vísitas eum ?

Minuisti eum pauló
minùs ab Angelis , gló-
ria & honóre coronás-
ti eum : * & consti-
tuisti eum super ópera
mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub
pédibus ejus : * oves &
boves univérsas , insu-
per & pécora campi .

Völucres cœli , &
pisces maris : * qui pe-
rámbulant sémitas ma-
ris.

Dómine , Dóminus
noster : * quām admirá-
bile est Nomen tuum
in univérsa terra !

Glória Patri , &c.

Ant. Dómine , Dó-
minus noster , quām
admirabile est Nomen
tuum in univérsa terra !

Ant. In Nomine JESU
omne genu flectatur ,
cœlestium terréstrium ,
& infernórum .

Psalmus 18.

Cæli enárrant gló-
riam Dei : * &
ópera manuum ejus an-
nuntiat firmamentum .

Dies diei eructat
verbum : * & nox noc-
ti indicat sciéntiam .

Non sunt loquélæ ,
neque sermones : *
quorum non audiántur
voces eórum .

In omnem terram
exivit sonus eórum : *
& in fines orbis terræ
verba eórum .

In Sole pósuit taber-
naculum suum : * & ip-
se tanquam sponfus
procédens de tháalamo
suo .

Exultávit ut gigas ad
curréndam viam : * à
summo cælo egréssio
eius .

Et occúrsus ejus us-
que ad summum ejus : *
nec est qui se abscondat
à calore ejus .

Lex Dómini imma-
culata , convértens áni-
mas : * testimónium
Dómini fidéle , sapién-
tiam præstans párvulis .

Justitiæ Dómini rec-
tæ , lætificantes cor-
da : * præcéptum Dó-
mini lúcidum , illumi-
nans óculos .

Timor Dómini sanc-
tus , périmanens in fæ-

culum sæculi : * judi-
cia Dómini vera , ju-
stificáta in semetipsa.

Desiderabilia super
aurum & lápidem pre-
tiósum multùm : * &
dulcióra super mel &
favum.

Etenim servus tuus
custódit ea : * in cu-
rantiéndis illis retribú-
tio multa.

Delicta quis intelli-
git ? ab occúltis meis
munda me : * & ab
aliénis parce servo tuo.

Si mei non fuerint
domináti , tunc imma-
culátus ero : * & emun-
dábor à delicto máxi-
mo.

Et erunt ut complá-
ceant eloquia oris
mei : * & meditatio
cordis mei in conspé-
tu ~~re~~ semper.

Dómine , adjútor
meus : * & redémptor
meus.

Glória Patri , &c.
Ant. In Nómine JESU
omne genu flectátur ,
cœlestium, terréstrium ,
& infernórum.

Ant. Confitémini
Dómino , & invocáte
Nomen ejus ; memen-
tóte quóniam excél-
sum est Nomen ejus.

Psalmus 23.
Domi ni est ter-
ra , & plenitudo
ejus : * orbis terrárum ,
& univérsi qui hábi-
tant in eo.

Quia ipse super má-
ria fundávit eum : * &
super flúmina præpará-
vit eum.

Quis ascéndet in
montem Dómini ? *
aut quis stabit in loco
sancto ejus ?

Innocens mánibus &
mundo corde : * qui
non accépit in vano
ánimam suam , nec ju-
rávit in dolo próximo
suo.

Hic accipiet benedictionem à Dómino: * & misericordiam à Nomen ejus. men ejus ; mementóte quóniam excélsum est

Deo salutári suo.

Hæc est generatio quæréntium eum : * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas principes vestras , & elevámini portæ æternáles : * & introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus fortis & potens : Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas principes vestras , & elevámini portæ æternáles : * & introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Glória Patri , &c.

Ant. Confitémini Dómino , & invocáte No-

men ejus ; mementóte quóniam excélsum est Nomen ejus.

¶. Propter Nomen tuum , Dómine , propitiáberis peccáto meo.

¶. Multum est enim. De Actibus Aposto-

lórum.

Lectione I. Cap. 3.

P Etrus autem & Joánnes ascendébant in Templum , ad horam orationis nonam ; & quidam vir , qui erat claudus ex utero matris suæ , baju-labátur , quem ponébant quotidiè ad portam Templi , quæ dicitur Speciosa , ut pateret eleemosynam ab introéuntibus in Templum. Is cùm vidisset Petrum & Joánnem incepientes introire in Templum , rogábat a eleemosynam accipere. Intuens autem in cum

eum Petrus cum Joánnē, dixit: Réspice in nos. At ille intendébat in eos, sperans se áliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit: Argéntum & aurum non est mihi; quod autem hábeo, hoc tibi do: In Nómine JESU-CHRISTI Nazaréni, surge, & ámbula. Et apprehénsâ manu ejus déxterâ, allevávit eum, & protinus consolidátæ sunt bases ejus & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulábat: Et intrávit cum illis in Templum, ámbulans, & exiliens, & laudans Deum.

R. Ecce concípies & páries filium, & vocábis Nomen ejus JESUM:
* Ipse enim salvum fáciet populum suum à peccatis eórum.

V. Vocátum est Nomen ejus JESUS, quod

vocátum est ab Ange-
lo priúsquàm in úte-
ro conciperétur. Ipse
enim.

Lectio II.

ET vidit omnis pô-
pulus eum ambu-
lantem, & laudantem
Deum: cognoscébant
autem illum, quòd ip-
se erat, qui ad eleemó-
synam fedébat ad Spe-
ciósam portam Tem-
pli: & impléti sunt stu-
pore & éxtasi in eo
quod contigerat illi.
Cùm tenéret autem
Petrum & Joánnem,
tucúrrit omnis pôpu-
lus ad eos, ad pôrti-
cum, quæ appellátur
Salomónis, stupéntes.
Videns autem Petrus,
respóndit ad pôpulum:
Viri Israélitæ, qui dmi-
rámini in hoc, aut nos
quid intuémini, quasi
nostrâ virtute, aut po-
testate fecerimus hunc

E

ambuláre ? Deus Abra- cùm irátus fueris , mi- ham , & Deus Isaac , sericórdiæ recordábe- & Deus Jacob , Deus ris , * Et in tém pore Patrum nostrorūm glo- tribulatiōnis peccáta rificávit Fílium suum dimittis.

J E S U M , quem vos ȳ. Et benedictum quidem tradidistis , & Nomen Majestatis tuæ negástis ante fáciem in ætérnum , qui facis Piláti , judicánte illo mirabilia solus. Et in dimitti. Vos autem tém pore.

Sanctum & Justum ne- gástis , & peristis vi- rum homicídiam doná- ri vobis : auctórem ve- rò vitæ interfecistis , quem Deus suscitávit à mórtuis , cujus nos tes- res sumus. Et in fide Nómminis ejus , hunc quem vos vidistis , & nostis , confirmávit Nomen ejus : & fides , quæ per eum est , dedit integrā sanitátem if- tam in conspéctu ómniū vestrūm.

¶. Benedictum est Nomen tuum , Deus Patrum nostrorūm , qui

¶. Et benedictum Nomen Majestatis tuæ in ætérnum , qui facis mirabilia solus. Et in tém pore.

Lectio III.

Cap. 4.

F Actum est autem in crastinum , ut congregaréntur Príncipes eórum , & Se- nióres , & Scribæ in Jerúsaalem ; & Annas Princeps Sacerdótum , & Cáiphas , & Joánnes , & Alexánder , & quotquot erant de gé- nere Sacerdotáli. Et statuéntes eos in mé- dio , interrogábant : In qua virtute , aut in quo nómmine fecistis hoc vos ? Tunc replétus Spíritu Sancto Petrus ,

dixit ad eos : Príncipes pòpuli , & Seniores, audite : Si nos hòdiè dijudicámur in benefácto hòminis infirmi , in quo iste salvus factus est , notum sit ómnibus vobis , & omni plebi Israël : quia in Nòmine Dòmini nostri JESU-CHRISTI NAZARENI , quem vos crucifixistis , quem Deus fuscitávit à mórtuis , in hoc iste adstat coram vobis sanus . Hic est lapis , qui reprobátus est à vobis ædificántibus , qui factus est in caput ánguli : & non est in álio aliquo salus . Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum , hominibus , in quo opóretat nos salvos fieri .

¶. Laudábo Nomen tuum assiduè . * Et collaudábo illud in confessione .

¶. Lætábor , & exultabo in te : psallam Nòmini tuo , Altissime . Et collaudábo . Glória Patri . Et collaudábo .

In II. Nocturno.

Ant. Mémores erunt Nòminis tui , Dòmine , in omni generatióne & generatiónenem .

Psalmus 44.

E Ruétávit cor meum verbum bonum : * dico ego ópera mea Regi .

Lingua mea cálamus scribæ : * velóciter scribentis .

Speciósus formâ præ filiis hòminum , diffusa est grátia in lábiis tuis : * proptéreà benedixit te Deus in ætérnum .

Accingere gládio tuo super femur tuum : * potentissime .

Spécie tuâ & pul-
E ij

chritudine tuâ * intén- tris tuis , in vestitu de , prôspere procéde , deaurato : * circûmda- & regna .

Propter veritatem , & mansuetudinem , & justitiam : * & dedû- cet te mirabiliter déx- tera tua .

Sagittæ tuæ acutæ , pôpuli sub te cadent : * in corda inimicorum Regis ,

Sedes tua , Deus , in sâculum sâculi : * virga directîonis , virga regni tui .

Dilexisti justitiam , & odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus , Deus tuus , óleo lâtitiae , præ consortibus tuis .

Myrrha , & gutta , & cásia à vestimentis tuis , à dómibus ebûr- neis : * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honore tuo .

Astitit Regina à dex-

tris tuis , in vestitu deaurato : * circûmda- ta varietate .

Audi , filia , & vide , & inclina aurem tuam : * & obliviscere pôpulum tuum , & domum pa- tris tui .

Et concupiscet Rex decorem tuum : * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus , & adorá- bunt eum .

Et filiæ Tyri in mu- néribus : * vultum tuum deprecabuntur , omnes dívites plebis .

Omnis glória ejus fi- liæ Regis ab intus : * in fimbriis aureis cir- cumamicta varietati- bus .

Adducentur Regi virginis post eam : * proximæ ejus afferen- tur tibi .

Afferentur in lâti- tia & exultatione : * adducentur in tem-

plum Regis.

Pro pátribus tuis na-
ti sunt tibi filii : * con-
titues eos príncipes su-
per omnem terram.

Mémores erunt Nó-
minis tui : * in omni
generatióne & gene-
ratióne.

Proptéreà populi
confitebúntur tibi in
ætérnum : * & in sæcu-
lum sæculi.

Glória Patri , &c.

Ant. Mémores erunt
Nóminis tui , Dómi-
ne , in omni genera-
tióne & generatióne.

Ant. Magnificáte
Dóminum mecum , &
exaltémus Nómen ejus
in idipsum.

Psalmus 45.

D Eus noster refu-
gium & virtus : *
adictor in turbulatióni-
bus , quæ invenérunt
nos nimis.

Proptéreà non timē;

bimus , dum turbábitur
terra : * & transferéntur
montes in cor maris.

Sonuérunt , & turbá-
tæ sunt aquæ eórum : *
conturbáti sunt mon-
tes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus læ-
tificat civi átem Dei : *
sanctificávit tabernácu-
lum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus ,
non commovébitur : *
adjuvábit eam Deus
manè dilúculo.

Conturbátæ sunt
gentes , & inclináta
sunt regna : * dedit vo-
cem suam , mota est
terra.

Dóminus virtútum
nobiscum : * suscéptor
noster Deus Jacob.

Venite , & vidéte
ópera Dómini , quæ
pósuit prodígia super
terram : * auferens bel-
lausque ad finem terræ.

Arcum cónteret , &

confringet arma : * &
scuta combüret igni.

Vacáte , & vidéte
quóniam ego sum
Deus : * exaltábor
in géntibus , & exal-
tábor in terra.

Dóminus virtútum
nobiscum : * suscéptor
noster Deus Jacob.

Glória Patri , &c.
Ant. Magnificáte Dó-
minum mecum , & exal-
témus Nómen ejus in
idipsum.

Ant. Omnes gentes ,
quascumque fecisti , vé-
nient , & adorábunt
coram te , Dómine :
& glorificábunt Nó-
men tuum.

Psalms 86.

F Undamenta ejus
in móntibus sanc-
tis : * díligit Dóminus
portas Sion super om-
nia tabernácula Jacob.

Gloriósia dicta sunt
de te : * civitas Dei.

Memor ero Rahab ;
& Babylónis : * scié-
tium me.

Ecce alienigenæ , &
Tyrus , & pópulus
Æthiopum : * hi fué-
runt illic.

Numquid Sion di-
cet : Homo , & homo
natus est in ea : * & ip-
se fundávit eam Altis-
simus ?

Dóminus narrábit in
scriptúris populórum ,
& príncipum : * horum ,
qui fuérunt in ea.

Sicut létantium óm-
nium : * habitatio est
in te.

Glória Patri , &c.

Ant. Omnes gentes ,
quascumque fecisti , vé-
nient , & adorábunt
coram te , Dómine :
& glorificábunt Nó-
men tuum.

¶. Propter gloriás
Nóminis tui , Dómine ,
libera nōs.

R. Et propitius esto
peccatis nostris, propter
Nomen tuum.

Sermo Sancti Bernardi
Abbatis.

Serm. I. Super Cantica.
Lectio IV.

NON otiōsē Spīritus Sanctus no-
men sponsi óleo cō-
parat, cūm ita docet
sponsam ad sponsum
clamāre: óleum effū-
sum Nomen tuum.
Oleum enim lucet,
pascit & ungit. Fo-
vet ignem, nutrit car-
nem, lenit dolorem:
lux, cibus, medicina.
Vide idem nūnc & de
sponsi Nōmine: Lucet
prædicatum, pascit re-
cogitatum, invocatum
lenit & ungit. Et per-
currāmus singula. Un-
deputas in toto orbe
canta & tam sūbita fi-
dei lux, nisi de prædi-
cato Nōmine J E S U?

Nonne in hujus Nōmi-
nis luce Deus nos vo-
cavit in admirabile lu-
men suum, quibus illu-
minatis, & in lūmine
isto vidēntibus lumen,
dicat méritò Paulus:
Fuistis aliquāndo tēne-
bræ, nunc autem lux
in Dōmino?

R. Sperent in te,
qui novérunt Nomen
tuum, * Quóniam non
dereliquisti querentes
te, Dōmine.

X. Exúrge, Dōmi-
ne, áduva nos, & lí-
bera nos propter No-
men tuum. Quóniam
non dereliquisti.

Lectio V.

HOC dénique No-
men coram Ré-
gibus, & géntibus, &
filiis Istraél portare juf-
sus est idem Apóstolus;
& portábat No-
men tanquam lumen,
& illuminabat pátriam,

& clamábat ubique : Quóniam terribile &
Nox præcéssit , dies sanctum est.
autem appropinquávit : ¶ Hi in cùrribus , &
Abjiciámus ergo ópe- hí in equis , nos autem
ra tenebrárum , & in in Nómine Dómini
duámur arma lucis ; si Dei nostri invocábi-
cūt in die honéstè am- mus. Quóniam.
bulémus. Et monstrá- Lec̄tio VI.
bat ómnibus lucérnam
super candelábrum ,
annúntians in omni lo-
co J E S U M , & hunc
crucifixum. Quómo-
dò lux ista resplénduit ,
ac perstrinxit cunctó-
rum intuéntium ócu-
los , quando de ore
Petri , tanquam fulgur
egrédiens , claudi unius
corporáles plantas soli-
dávit & bases , multós
que spírituáliter cæcos
illuminávit ? Numquid
non ignem sparsit cùm
ait : In Nómine J E S U -
C H R I S T I Nazaréni ,
surge , & ámbula ?

R. Confiteámur Nó-
mini tuo magno , *

¶. Hi in cùrribus , &
hí in equis , nos autem
in Nómine Dómini
Dei nostri invocábi-
mus. Quóniam.

Lec̄tio VI.

N EC tantum lux
est Nomen J E S U ,
sed est & cibus. An
non tóties confortáris ,
quóties recordáris ?
Quid æquè mentem
cogitántis impínguat ?
Quid ita exercitátos
réparat sensus , virtú-
tes róborat , végetat
mores bonos atque ho-
néstos , castas fovet af-
fectiones ? Aridus est
omnis ánimæ cibus , si
non óleo isto infundi-
tur. Insípidus est , si
non hoc sale condítur.
Si scribas , non spít
mihi , nisi légero ibi
J E S U M . Si dispu-
tes , aut conferas , non sa-
pit

pit mihi , nisi sonuerit
ibi JESUS. JESUS
mel in ore , in aure
melos , in corde jubi-
lus. Sed est & medicí-
na. Tristatur áliquis
nostrum ? Véniat in
cor ejus JESUS , &
inde saliat in os : Et
ecce , ad exortum Nó-
minis lumen , nubilum
omne diffugit , redit se-
rénum. Lábitur quis in
crimen ? Currit insu-
per ad láqueum mortis
desperando ? Nonne ,
si invocet Nomen vi-
tæ , conféstim respitá-
bit ad vitam ?

R. Lætentur omnes ,
qui sperant in te , Dó-
mine , in æternum exul-
tabunt , & habitabis in
eis , & gloriabuntur in
te omnes , * Qui dili-
gunc Nomen tuum .

R. Dómine , in lumi-
ne vultus tui ambulá-
bunt , & in Nómine tuo ,

exultabunt totâ die .
Qui diligunt . Glória
Patri . Qui diligunt .

In tertio nocturno .

Ant. Cantáte Dómi-
no , & benedicite Nó-
mini ejus : annuntiáte
de die in diem salu-
táre ejus .

Psalmus 95.

C Antáte Dómi-
no cánticum no-
vum : * cantáte Dó-
mino omnis terra .

Cantáte Dómino ,
& benedicite Nómini
ejus : * annuntiáte de
die in diem salutáre
ejus .

Annuntiáte inter gen-
tes glóriam ejus : * in
ómnibus populis mira-
bilia ejus .

Quóniam magnus
Dóminus , & laudábi-
lis nimis : * terribilis
est super omnes deos .

Quóniam omnes dii
Géntium dæmonia : *

Dóminus autem cælos fecit. veá tur mare , & plenitudo ejus : * gaudébunt campi , & ómnia quæ in eis sunt.

Confessio & pulchritudo in conspéctu ejus : * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatione ejus.

Afférte Dómino pátriæ Géntium , afférte

Dómino glóriam & honórem : * afférte Dómino glóriam Nómini ejus.

Tóllite hóstias , & introite in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur à facie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus , quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ , qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætén tur cœli , & exultet terra , commo-

veá tur mare , & plenitudo ejus : * gaudébunt campi , & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvár um à facie Dómini , quia ve nit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte : * & pópulos in veritáte sua.

Glória Patri , &c.

Ant. Cantáte Dómino , & benedicite Nómini ejus : annun tiáte de die in diem salutáre ejus.

Ant. Secúndum No men tuum , Deus , sic & laus tua in fines terræ : justitiâ plena est déxtera tua.

Psalmus 96.

Dominus regnávit , exultet terra : * lætén tur insulæ multæ.

Nubes & caligo in

circuitu ejus : * justitia & judicium corréc-tio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præ-cédet : * & inflammá-bit in circuítu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vi-dit & commóta est ter-ra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini : * à facie Dómi-ni omnis terra.

Annuntiavérunt cœ-li justitiam ejus : * & vidérunt omnes pópu-li glóriam ejus.

Confundántur om-nes, qui adórant scul-ptilia : * & qui glorián-tur in simulácris suis.

Adoráte cum omnes Angeli ejus : * audívit, & lætata est Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ : * propter judícia tua , Dómine.

Quóniam tu Dómi-nus altissimus super om-nem terram : * nimis exaltátus es super om-nes deos.

Qui diligitis Dómi-num , odíte malum : * custódit Dóminus áni-mas sanctórum suó-rum , de manu pecca-toris liberábit eos.

Lux orta est justo : * & rectis corde lætitia.

Lætámini justi in Dómino : * & consi-témini memóriæ sanc-tificatiónis ejus.

Glória Patri , &c.

Ant. Secúndùm No-men tuum , Deus , sic & laus tua in fines ter-ræ : justitiâ plena est déxtera tua.

Ant. Cantáte Deo , psalmom dicite Nómi-ni ejus : iter fácite ei qui ascéndit super oc-cásum ; Dóminus No-men illi.

Psalmus 97,

Cantáte Dómino
cánticum novum: *

quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera
eјus : * & bráchium
sanctum ejus.

Notum fecit Dómi-
nus salutare suum : *
in conspéctu Gén-
tium revelávit justi-
tiā suam.

Recordárus est misé-
ricórdiæ suæ : * & veri-
tatis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes té-
rmini terræ : * salutare
Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis
terra : * cantáte , &
exultáte , & psállite.

Psállite Dómino in
cithara , in cithara &
voce psalmi : * in tu-
bis ductilibus , & voce
tubæ córneæ.

Jubiláte in conspé-
tu regis Dómini : *
moveátur mare & ple-

nitúdo ejus ; orbis ter-
rarum , & qui hábitant
in eo.

Flúmina plaudent
manū , simul montes
exultábunt á conspéctu
Dómini : * quóniam
venit judicáre
terram.

Judicábit orbem ter-
rārum in justitia : * &
pópolos in æquitáte.

Glória Patri , &c.

Ant. Cantáte Deo ,
psalmum dicite Nómi-
ni ejus : iter fácite ei ,
qui ascéndit super oc-
cásu m ; Dóminus No-
men illi.

X. Afférte Dómino
gloriām & honórem.

B. Afférte Dómino
gloriām Nómini ejus .
Léctio sancti Evangélii
secundum Lucam.

Lectio VII. *

Cap. 2.

IN illo témpore :
Postquam consum-

máti sunt dies octo , ut circumcideré tur puer , vocátum est Nomen ejus JESUS . Et réliqua . Homilia sancti Bernádi Abbatis .

Serm. I. de Circumcis.

M Agnum & mirabile Sacraméntum ! Circumciditur puer , & vocátur J E S U S . Quid sibi vult ista connéxio ? Circumcisio nempe magis salvándi quám Salvatóris esse vidétur , & Salvatórem circumcidere pótiús decet , quám circumcidí . Sed agnósce mediatórem Dei & hóminum , qui ab ipso Nativitatis suæ exordio , divinis humána fóciat , ima summis . Náscitur ex muliere , sed cui fœcunditatis fructus sic accédat , ut non décidat flos virginitatis . Pannis invól-

vitur : sed panni ipsi Angélicis laudib⁹ honorántur . Absconditur in præsépio ; sed próditur radiante stella de cœlo . Sic & Circumcisio veritatem suscéptæ probat humanitatis & Nomen , quod est super omne nomen , glóriam indicat majestatis . Circumciditur tanquam verus Abrahæ filius : J E S U S vocátur tanquam Filius Dei .

*R. Tribulatiōnem & dolórem invéni , * Et Nomen Dómini invocávi .*

V. Turris fortissima Nomen Dómini ; in ipso sperávi , & adjutus sum .

Et Nomen .

Lectio VIII.

N Eque enim ad instar priorum meus iste J E S U S No-

men vācuum aut ināne
portat. Non est in eo
magni nōminis umbra,
sed vēritas. Cælitūs
siquidem īditum No-
men Evangelista testá-
tur , quod vocātum est
ab Angelo , priūsqām
in útero conciperétur.
Et atténde verbi pro-
funditātem. Postquām
natus est J E S U S ,
J E S U S vocātus ab ho-
mīnibus , qui vocātus
est ab Angelo , priūs-
quām in útero conci-
perétur. Idem quippe
& Angeli salvātor &
hōminis : sed hōminis
ab Incarnatione , An-
geli ab initio creatū-
ræ. Vocātum est , ait ,
Nomen ejus J E S U S ,
quod vocātum est ab
Angelo. In ore ergo
duórum vel trium
téstium stat omne ver-
bum ; & ipsum , quod
in Prophēta abbreviā-

tum , mānifestiūs in
Evangēlio légitur , ca-
ro factum.

R. Expectābo No-
men tuum, Dómine,*
Quóniam bonum est in
conspéctu Sanctórum
tuórum.

V. Ut confiteámur
Nōmini sancto tuo ,
& gloriémur in laude
tua. Quóniam. Glória
Patri. Quóniam.

Lectio IX.

*De hom. Dom. 2. post
Epiphān.*

Lectio sancti Evan-
gélii secundūm
Joánnem.

IN illo tēmpore ,
Nuptiæ factæ sunt in
Cana Galilææ , & erat
mater J E S U ibi.
Vocātus est autem J E-
S U S , & Discípuli
ejus ad nuptias. Et ré-
liqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
Tract. 9. in Joan. post initium.

Quod Dóminus invitátus vénerit ad nuptias, etiam, exceptâ mysticâ significátiōne, confirmare voluit quòd ipse fecit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apóstolus, prohibéntes nubere, & dicentes, quòd malæ es- sent nuptiæ, & quòd diabolus eas fecisset: cùm idem Dóminus in Evangélio interrogátus, utrum liceat hómini dimitttere uxórem suam ex quálibet cau- sa, responderit non li- cére, exceptâ causâ fornicatiōnis. In qua respōnsione, si memi- nistis, hoc ait: *Quod Deus conjinxit, ho- mo non séparet.*

Te Deum laudámus.
A D L A U D E S
Et per Horas.

Ant. Oleum effusum Nomen tuum: ideo adolescéntulæ dilexérunt te.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis.

Ant. Scitote quia Dóminus ipse est Deus, cuius Nomen in æternum.

Ant. Sitivit áнима mea ad Nomen sanctum tuum, Dómine.

Ant. Benedictum No- men gloriæ tuæ, sanctum, & laudabile, & superexaltatum in sæcula.

Ant. Júvenes, & vir- gines, senes cum junió- tibus, laudáte Nomen Dómini, quia exaltá- tum est Nomen ejus solius.

Capitulum. Fratres, Christus humiliávit.

ut suprà ad Vesp. JESU, flos Matri Virginis,

Hymnus.

JESU, decus An- Amor nostræ dulcédi-
gélicum, nis,
In aure dulce cánti- Tibi laus, honor Nó-
cum, minis,
In ore mel mirificum, Regnum beatitúdinis.
In corde nectar cœli- Amen.
cum.

Qui te gustant, esú-

riunt;

Qui bibunt, adhuc si-

tiunt,

Desideráre nésciunt,

Nisi JESUM, quem

diligunt.

O JESU mi dulcis-

sime,

Spes suspirántis áni-

mæ !

Te quærunt piæ lácrys-

mæ ,

Te clamor mentis inti-

mæ .

Mane nobiscum Dó-

mine ,

Et nos illústra lúmine;

Pulsâ mentis caligine ,

Mundum reple dulcé-

dine.

Amor nostræ dulcédi-
nus ,

Tibi laus, honor Nó-
minis ,

Regnum beatitúdinis.

Amen.

¶. **Adjutorium nos-**

trum in Nómine Dó-

mini.

¶. **Qui fecit cœlum**

& terram.

Ad Benedictus.

Ant. Dedit se, ut
liberáret populum, &
acquireret sibi Nomen
ætérnum. Alleluia.

Oratio. Deus qui ,

pag. 27.

Com. Dom. Nuptiæ
factæ sunt in Cana Ga-
lilææ : & erat ibi
J E S U S cum María
matre sua.

¶. **Dóminus regnávit.**

Oratio. Omnipotens ,

pag. 27.

Ad Prim. in ¶. br.

¶.

V. Qui natus es , &c.

minus JESUS-CHRISTUS in glória est Dei Patris.

Ad TERTIAM.

Ant. Scitóte. **Capit.**

R. br. Afférte Dómino glóriam & honórem. Allelúia, allelúia. Afférte.

V. Afférte Dómino glóriam Nómini ejus. Allelúia, allelúia.

Glória Patri. Afférte.

V. Magnificáte Dóminum mecum , allelúia.

R. Et exaltémus Nomen ejus in idípsum , allelúia.

AD NONAM.

Ant. Júvenes. **Capit.**

O Mne quodcúmque fáctis in verbo , aut in opere , ómnia in Nómine Dómini JESU - CHRISTI fácte , grátias agéntes Deo , & Patri per ipsum.

R. br. Magnificáte Dóminum mecum.

G

AD SEXTAM.

Ant. Sitívit. **Capit.**

IN Nómine JESU omne genu flectá-
tur , cœlestium , ter-
réstrium , & infernó-
rum : & omnis lingua
confiteátur , quia Dó-

**Alleluia, alleluia. Mag-
nificate.**

¶. Et exaltémus
Nomen ejus in idip-
sum. **Alleluia. Glória.**
Magnificate.

¶. Adjutorium nos-
trum in Nōmine Dō-
mini , alleluia.

¶. Qui fecit cœlum
& terram , alleluia.

In 2. Vesp. ut in primis.

Ad Magnificat. Ant.

Vocabis Nomen
ejus JESUM : ipse
enim salvum fáciet pô-
pulum suum à peccátis
côrum , alleluia.

*Com. Dom. Deficién-
te vino , jussit J E S U s
impléri hydrias aquâ ,
quæ in vinum convér-
sa est , alleluia.*

¶. Dirigátur. *Or. Om-
nipotens, ut in 1. Vesp.*

AD MISSAM.

Introitus.

IN Nōmine J E S U ,
omne genu flectátur,

cœlestium, terréstrium,
& infernórum : & ómnis lingua confiteátur,
quia Dóminus JESUS-
CHRISTUS in glória est
Dei Patris.

*Psal. Dómine , Dó-
minus noster : quàm
admirábile est Nomen
tuum in univérsa terra.*

¶. **Glória Patri.**

Oratio.

Deus , qui Uni-
génitum Filium
tuum constituisti hu-
máni gêneris Salvató-
rem , & J E S U M vocá-
ri jussisti : concéde pro-
pitius , ut cujus Sanc-
tum Nomen venerá-
mur in terris , ejus quo-
que aspéctu perfruámur
in cœlis. Qui tecum.

Fit com. Dom.

*Lectio Actuum Apos-
tolorum.*

Act. cap. 4.

IN diébus illis , re-
plétus Spíritu Sanc-

Petrus, dixit: Príncipes populi, & Señores, audite: Si nos hodie dijudicámur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in Nominé Dómini nostri JESU - CHRISTI NAZARENI, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitávit à mortuis, in hoc iste adstat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est à vobis ædificántibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo opóretat nos salvos fieri.

Graduale.

S Alvos fac nos Dómine Deus noster: & congrega nos de na-

tionibus: ut confitéamur Nómini sancto tuo, & gloriémur in glória tua.

X. Tu, Dómine, pater noster, & redémptor noster, à sæculo Nomen tuum.

Allelúia, allelúia.

X. Laudem Dómini loquátur os meum, & benedicat omnis caro Nomen sanctum ejus. Allelúia.

Sequéntia sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer, vocátum est Nomen ejus J E S U s, quod vocátum est ab Angelo, priusquam in útero conciperétur.

*Credo.**Offertorium.*

C Onfítébor tibi, Dómine, Deus
G ij

meus, in toto corde meo : & glorificabo Nomen tuum in æternum. Quóniam tu, Dómine, suavis & misericordiaꝝ omnibus invocantibus te. Alleluia.

Secreta.

Benedictio tua, (clementissime Deus, quâ omnis vigeret creatura) sanctificet, quæsumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad glóriam Nominis Fíllií tui Dómini nostri JESU-CHRISTI, offérimus tibi : ut Majestáti tuæ placere possit ad laudem, & nobis proficere ad salutem. Per eúmdein.

Præf. de Nativ. Quia per incarnati.

Communio.


Omnes gentes quascumque fecisti vénient, & ado-

rábunt coram te, Dómine, & glórficabunt Nomen tuum : quóniam magnus es tu, & fáciens mirabilia : Tu es Deus solus. Alleluia.

Postcommunio.

OMnipotens æternne Deus, qui creásti & redemísti nos: respice propitius vota nostra ; & sacrificium salutáris hóstiæ, quod in honórem Nominis Fíllií tui Dómini nostri JESU-CHRISTI Majestáti tuæ obtulimus, plácido & benigno vultu suscipere dignéris ; ut gratiâ tuâ nobis infusa, sub glorióso Nomine JESU, æternæ prædestinatiónis titulo gaudeámus nómina nostra scripta esse in cœlis. Per eúndem.

In fine legit. Evang. Dom.



DIE XIX. JANUARII.

*IN FESTO SANCTI CANUTI
Danorum Regis & Martyris,*

Semiduplex.

Omnia de comm. un. Mart. præter hæc quæ seq.

ORATIO.

Deus, qui ad il-
lustrāndam Ec-
clésiam tuam beátum
Canútum, Danórum
Regem Martyrii pal-
mā, & gloriōsis mirá-
culis decorare digná-
tus es; concéde pro-
pitius, ut sicut ipse
Dominicæ passiónis
imitátor fuit, ita nos,
per ejus vestigia gra-
diéntes, ad gáudia sem-
pitérana pervenire me-
reámur. Per eúmdem
Dóminum nostrum Je-
sus-Christum Filium
tuum; qui tecum vivit

& regnat in unitáte
Spiritus sancti Deus,
per ómnia iæcula sæcu-
lórum. Amen.

*Com. SS. Martyr.
Marii, Marthæ, &c.*

*Lect. I. Nocturni de
Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Canútus quartus
Suenónis Elsthri-
tii Danórum Regis fi-
lius, fide, pietáte, &
morum honestáte cons-
picuus, eximiæ sanc-
titatis, à ténoris annis,
spécimen dedit. Patér-
num sceptrum summâ

ómnium acclamatiōne adéptus, Religiōni promovendæ sedulò incūbere, Ecclēsias redditibus augére, & pretiōsa suppellectili ornare cœpit. Tum zelo propagandæ fidei succēnsus, bárbara regna, justo certāmine aggrēssus, devictas, subditasque natiōnes Christiānæ legi subjugavit. Victoriis autem plūtimis gloriósus, & divitiis auctus, regale diadēma ad Christi crucifixi pedes abjécit, se & regnum illi subjiciens, qui Rex Regum est, & Dóminus dominántium. Corpus suum jejuniis, ciliciis, & flagellis castigavit. In oratione & contemplatione assiduus, erga paúperes profūsus, erga omnes beneficis semper fuit, nec

unquām à justitiæ, diuinæque legis sémita deflexit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab ini mīcis, & à seductóribus tutávit illum :* Et dedit illi claritatēm æternam.

V. Descenditque cum illo in fóveam : & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio V.

H Is, aliisque virtutibus imbūtus, ad suprénum perfectionis ápicem, sanctus Rex properabat. Accidit autem ut Angliæ regnum à Vvilhélmo Normanórum Duce, formidabili exērcitu nivaderétur ; Anglis vero, Danórum opem implorantibus, cùm succurrere Rex decrevisset, belli expeditiō-

nem Oláo fratri commisit, qui regnandi cupiditate illéctus, arma vertit in Regis perniciem, militibus & populo contra illum concitatis. Nec defuerunt rebellioni somenta; cum enim Rex, editis legibus, décimas Ecclésiis solvi, Dei & Ecclésiae præcepta servari, transgressores puniri sanxisset, plerique perversi ac scelerati homines exacerbati, primùm quidem tumultuari, tum plebem commovere, ac tandem sanctissimo Regi necem moriri cœperunt.

R. Desiderium animæ eiustribuisti ei, Domine: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

V. Quóniam prævenisti eum in benedic-

tionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus corónam de lápide pretioso. Et voluntate.

Lectio VI.

SCiens igitur Rex, futurorum præcius, mortem sibi propter justitiam imminere, eā prænunciātā, ad Ecclésiam sancti Albani martyris Othoniæ, tanquam ad locum certaminis profectus est, & Sacramentis munitus, agónem suum Dómino commendabat. Mox eò advéniens conjuratōrum multitudo, Ecclésiae ignem admovere, fores confringere, & in eam irrumpere tentarunt: quod cum perficere non possent, ad fenestras accedentes, saxa & sagittas in sanctum Regem, flexis génibus pro inimicis

orántem magno impe-
tu jaculári non cessá-
runt, donec lápidum
& telórum ictibus, ac
tandém lánceâ confós-
sus, glorióso martyrio,
ante altare, exténsis
bráchiis procúmbens,
coronátus est, sedén-
te in Apostólico só-
lio, Gregório séptimo.
Multis póstea mirácu-
lis Mártyrem suum
illustrávit Deus: nam
gravi penúriâ, & di-
vérsis calamitáibus op-
préssa Dánia, patráti
sacrilégii pœnas luit.
Plures étiam váriis lan-
guóribus afflitti, ad
eius túmulum, remé-
diū & incolumentá-
tem consecuti sunt.
Cúmque Reginá sa-
crum ejus corpus noc-
tu clam subripere, &
áliò transférre conaré-
tur, emisso cœlitús in-
génti splendóre pertér-

rita, à propórito cessá-
vit.

R. Stolâ jucunditatis
induit eum Dóminus.*
Et corónam pulchritú-
dinis pósuit super ca-
put ejus.

Y. Cibávit illum Dó-
minus pane vitæ & in-
telléctus: & aquâ sa-
piéntiæ salutáris potá-
vit illum. Et corónam.
Glória Patri. Et co-
rónam.

In tertio Nocturno.

*Homilia in Evange-
lium.* Si quis vult post
me venire. *de communi-
unius Martyris.* 9. *I.
SS. in Laud. com. SS.
mm.*

Miss. In virtute tua,
Dómine, &c. *de comm.
unius Martyr. non pont.*

Evang. Si quis vult
post me venire, &c.
*Vesp. de SS. Fabian.
& Sebas. Martyr. dup.
com. præc.*

DIE

DIE XXIIII. JANUARII.

S. RAYMUNDI DE PENNAFORT
Confessoris,

Semiduplex.

*Omnia de commun. Conf. non Pont. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui beatum Raymündum, pœnitentiæ Sacramenti insignem ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti; concéde, ut ejus intercessione dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum perennire valeamus. Per Dóminum, &c.

In primo Nocturno,
Lect. de Script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Béatus Raymündus Barcinonensis, ex nobili familia de Pennafort, Christianæ Religiónis rudimentis imbutus, adhuc párvulus eximiâ animi & corporis indole magnum aliquid portendere visus est. Nam adolescens humaniores litteras in pátria profesus, Bononiæ se cónstulit, ubi pietatis officiis ac Pontificio Civilique Juri sedulò incumbens, & Docto-

H

ris laureâ insignitus, ibidem sacros Cánones magnâ cum hóminum admiratione est interpretátus. Ejus virtútum famâ percrebrescēte, Berengárius Barcino-nénsis Episcopus, cùm Româ suam ad Ecclésiam rediret, eum conveniéndi causâ, Bonóniam iter insti-tuit, & tandem summis præcibus, ut secum in pátriam rever-terétur obtrinuit. Mox ejusdem Ecclésiæ Ca-noniciátu & Præposi-túrâ ornátus, univer-so Clero & pópulo, integritatē, modéstia, doctrinā, & mórum suavitatē præfulsit, ac Deiparæ Virginis, quam singulári pietatis afféctu venerabátur, honórem & cultum semper pro víribus au-xi.

v. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab ini-micis, & à seductóri-bus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem æternam.

v. Justum dedúxit Dóminus per vias rec-tas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectione V.

ANnum circiter quintum supra quadragésimum agens, in Ordine Fratrum Prædicatórum, solémni emissâ professióne, ut novus miles in omni virtútum génere, sed præcipue in charitatē erga egéños, & máxime Captivos ab Infidélibus deténtos, se exércuit. Unde cum ejus hortátu sanctus Petrus Nolásco (cu-jus ipse confessiones audiébat) suas opes piis-

simo huic óperi conférret, tum eidem, tum Beáto Raymundo, & Jacóbo primo, Aragóniae Regi appárens

Beatissima Virgo, gratissimum sibi, & Unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honórem institueréatur Ordo Religiosorum, quibus Captivos ex Infidélium tytánne liberandi cura incúberet.

Quare collátis inter se consiliis, Ordinem Beátæ Mariæ de Mercede Redemptiónis Captivórum fundavérunt: cui Beátus Raymúndus certas vivéndi leges præscripsit ad ejusdem Ordinis vocátionem accommodatíssimas: quarum approbationem aliquot post annos à Gregório nono impetrávit, & dictum Sanctum Petrum,

primum Generálem Ordinis Magistrum, suis ipse mánibus hábitu eodem indútum, creávit.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum, stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum.

X. Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lección VI.

A B eódem Gregorio Romam accersitus, & Capelláni, ac Pœnitentiárii & Confessarii sui munere decorátus, ejusdem jussu, Romanorum Pontificum décreta, in divérsis Conciliis & Epistolis sparfa, in unum Decretárium volumen redégit. Archiepiscopátum Tarragonénsim ab ipso

Hij


so Pontifice sibi oblatum constantissimè recusavit; & totius Ordinis Prædicatórum generale Magistérium, quod per biennium sanctissimè administráverat, sponte dimisit. Jacóbo Aragóniæ Regi Sacræ Inquisitiónis officii suis in regnis instituéndi auctor fuit. Multa patrávit mirácula, inter quæ illud clarissimum, quod ex Insula Baleári Majóri Barcinónem reversus, strato super aquas pállio, centum sexaginta milliaria sex horis confécerit, & suum Cœnóbium jánuis clausis fuerit ingrēssus. Tandem prope centenarius, virtutibus & méritis cumulatus, obdormivit in

Dómino, anno salútis millésimo ducentésimo septuagésimo quinto, quem Clemens octavus in Sanctórum númerum rétulit.

R. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingrédere in réquiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus.

V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.
Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti. De comm. Conf. non Pont. 9. L. & com. S. Emerent. Virg. & Mart.



DIE IV. FEBRUARII.

*IN FESTO SANCTI ANDREÆ CORSINI,
Episcopi & Confessoris,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi Confessoris Pontificis ,
præter hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

DEUS, qui in Ecclésia tua nova semper instauras exempla virtutum ; da populo tuo Beati Andréæ Confessoris tui atque Pontificis ita sequi vestigia , ut assequatur & præmia. Per Dóminum nostrum , &c.

In I. Nocturno Lect. de script. occurr. si venerit in Quadrag. Lect.

I. Noct. ex commun. Conf. Pont. Fidélis sermo , &c.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

ANdréam , Floréntiæ , ex nobili Corsinorum familia natum , paréntes precibus à Deo impenetrarunt , & Beatæ Virgini spopondérunt. Qualis autem futurus esset , divino præságio , antequām nascerétur , osténsum est : nám Mater grávida , sibi visa est per quietem lupum edidisse , qui ad Carmelitarum Ædem pugnans , in ipso templi vestibulo , statim in

agnum conversus est. Adolescens piè, & ingénue educatus, cùm sensim ad vicia declinaret, sàpè à matre increpatus fuit. Ubi autem cognovit se parentum voto Deiparæ Virgini dicatum fuisse, Dei amore succensus, deque visu Matris admónitus, Carmelitarum institutum amplexus est, in quo variis tentationibus à Dæmone vexatus, nunquam tamen potuit à Religiónis propóscito dimovéri. Mox Lutetiam missus, emenso studiorum currículo, & laureâ donatus, in pátriam revocátur, sui que Ordinis regímini in Etruria præficitur.

Rx. Invéni David seruum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim mea.

Lectio V.

In téreà Fesulána Ecclésia, suo viduata Pastore, cum sibi Episcopum élégit; quò múnere se indignum existimans, diu látuit ignotus, donec pueri voce mirabiliter loquéntis próditus & extra urbem invéntus, nè divinæ contradiceret voluntati, Episcopatum suscépit. Eā dignitate auctus, humilitati, quam semper coluerat, impensiùs incubuit, & pastorali sollicitudini, misericordiam in páuperes, liberalitatem, orationis assiduitatem, vigilias, aliásque virtutes adjunxit, & spíritu étiam prophético clarus fuit,

ádedò ut ejus sánctitas ab ómnibus celebrarétur.

R. Pósui adjutórium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliábitur ei.

Y. Invéni David ser-vum meum, óleo sanc-to meo unxi eum. Ma-nus enim.

Lectio VI.

His permótus Ur-bánus quintus, ad sedandas Bonóniæ turbas Andréam Legátum misit: quo in múnere multa perpés-sus cívium ódia, quæ ad interneciónem exár-ferant, summâ pru-déntiâ restinxit; tum restitútâ tranquillitaté, ad própria revérsus est. Nec multò post assí-duis labóribus, & vo-luntáriâ carnis mace-ratióne conféctus, óbi-tus die à Beata Virgi-

ne sibi prædicto, ad Cœlestia regna migrávit, anno Dómini mil-lésimo trecentésimo septuagésimo - tértio, ætatis suæ septuagési-mo-primo; quem Ur-bánus octávus, multis magnisque miráculis clarum, Sanctórum número adscripsit. Ejus Corpus Floréntiæ, in Ecclésia sui Ordinis quiéscit, & máximâ cívium veneratióne có-litur, quibus non se-mel in præsénti discré-mine præsidio fuit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, & omnis terra doctrinâ ejus re-pléta est: * Ipse intercédat pro peccátis óm-nium populórum.

Y. Iste est qui con-temp-sit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Ipse intercédat.

Glória Patri. Ipse intercedat. occurr. si venerit in Quadrag. & in Laud.

In III. Noct. Homilia com. fer.

S. Gregorii in Evang. Missa. Státuit, &c.
Homo peregrè proficiscens. De Communi de Com. Conf. Pont. Vesper. à cap. de S. ni Conf. Pont. nona Agath. Virg. & m. com. Lectio de Homil. fer. præc.



DIE VIII. FEBRUARII.

IN FESTO SANCTI JOANNIS
de Matha Confess. non Pont.

Duplex.

*Omnia de Commun. Conf. non Pont. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui per sanctum Joánnem de Matha, Ordinem Sanctissimæ Trinitatis, ad redimendum de potestate Saracenorum Captivos cœlitus instituere dignatus es: præsta, quæ-

sumus, ut ejus suffragántibus méritis, à cap. tivitáte corporis & animæ, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum nostrum, &c.

Lect. I. Noct. de script. occurr. si venerit in Quadr. sumunt. de Commun. Beatus vir.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Joánnes de Matha Ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptio-
nis Captivorum Insti-
tutor, Falcón in Pro-
víncia natus est, parén-
tibus pietate & nobi-
litate conspicuis. Stu-
diórum causâ Aquas Séxtias, mox Parisiis
profecitus, confecto-
que Theologiæ currí-
culo, Magistérii Laú-
ream adéptus, doctrí-
næ & virtutum splen-
dore enituit. Quibus
motus Parisiensis An-
tistes, ad sacrum Pres-
biteratûs Ordinem præ-
humilitate reluctán-
tem promóvit; eo con-
silio, ut in ea Civitá-
te cōmmorans sapién-
tiâ & móribus studiò-
sæ juventuti prælucé-
ret. Cùm autem in
Sacello ejusdem Epis-

copi, ipso cum aliis ad-
stânte, primum Deo
sacrum offérret, cœ-
lesti favore mēruit re-
creari. Nam Angelus
candidâ & fulgenti ve-
te indutus, cui in pé-
tore Crux rúbei & cæ-
rûlei coloris assuta erat,
brachiis cancellatis, &
super duos Captivos ad
látera pósitos, Christián-
um unum, alterum
Maurum, extensis ap-
páruit. Quâ visiōne in
éxtasim raptus, intel-
léxit prótinus vir. Dei,
se ad rediméndos ab
Infidélibus Captivos
destinari.

R. Honéstum fecit
illum Dóminus, & cuſ-
todívit eum ab inimí-
cis, & à seductóribus
tutávit illum: * Et de-
dit illi claritatem ætér-
nam.

V. Justum deduxit
Dóminus per vias rec-

tas , & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectione V.

QUÒ verò matú-
riùs in re tanti
moménti procéderet ,
in solitudinem secessit,
ibique divino nutu
factum est , ut Felí-
cem Valésium in ipsa
Erémo jam multis an-
nis degéntem repé-
rit , cum quo initâ so-
cieráte , se per trién-
nium in oratióne &
contemplatióne , om-
niūmque virtútum stú-
dio exércuit. Cóntri-
git autem , ut dum se-
cum de rebus divinis
propè fontem collo-
queréntur , cervus ad
eos accésserit Crucem
inter córnua gerens ,
rubei & cærulei coló-
ris. Cúmque Felix ob
rei novitátem miraré-
tur , narrávit ei Joán-
nes visiōnem in prima

Missa hábitam , &
exinde fervéntius ora-
tióni incumbéntes , ter-
in somnis admóniti ,
Romam proficisci de-
crevérunt , ut à Sum-
mo Pontifice novi Or-
dinis pro rediméndis
Captívis institutióne
impetrárent. Eléctus
fuerat eo témporte In-
nocéntius téttius , qui
illis benignè accéptis ,
dum secum de re pro-
pósito deliberat , in
Festo Sanctæ Agnétis
secúndò Lateráni intra
Missárum solémnia , ad
sacræ Hóstiæ elevatió-
nem , Angelus ei cán-
didâ veste cruce bico-
lóri , spécie redimé-
tis Captívos appáruit.
Quo viro Póntifex Ins-
titutum approbávit , &
novum Ordinem sanc-
tissimæ Trinitatis Re-
demptiōnis Captivó-
rum vocári juslìt , ejus-

que Professóribus albas vestes cum Cruce rúbei & cærulei colóris præbuit.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum, stolam glóriæ induit eum : * Et ad portas paradísi coronávit eum.

V. Induit eum Dóminus loricam fidei , & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

SIc stabilito Ordine , sancti Fundatóres in Gálliam rediérunt , primóque Cœnobio Cervi-Frigidi , in Diœcési Meldénsi , constructo , ad ejus régimen Felix remánsit , & Joánnes Romam cum aliquot sōciis revérsus est , ubi Innocéntius domum , Ecclésiam , & Hospi-tale Sancti Thomæ de Formis in monte Cœ-

lio eis donávit , cum multis redditibus & possessiónibus. Datis quoque litteris ad Mírammolínum Regem Maróchii , opus redemptiónis felici auspicio inchoátum fuit. Tum ad Hispánias , sub jugo Sarracenórum magna ex parte opprés-sas , Joánnes proféctus est , Regumque , Príncipum , atque aliórum fidélium ánimos ad Captivórum & Paúperum commiseratió-nem commóvit , Mo-nastéria ædificávit , Hospitália eréxit , magnóque lucro animárum plures Captivos redémit. Romam tandem revérsus , sanctisque opéribus incúmbens , as-iduis labóribus attritus , & morbo conféc-tus , ardentissimo Dei & Próximi amóre exæf-

tuans ; ad extrénum
devénit. Quare Frátri-
bus convocátis, eisque
ad opus redemptiónis
cœlitùs præmonstrá-
tum efficácter cohór-
tatis , obdormívit in
Dómino sexto - déci-
mo Kaléndas Januárii ,
anno salútis millésimo
ducentésimo décimo-
tértio , ejúsque corpus
in ipsa Ecclésia Sancti
Thomæ de Formis con-
digno honore tumulá-
tum fuit.

R. Iste homo perfé-
cit ómnia quæ locútus
est ei Deus , & dixit

ad eum : Ingrédere in
réquiem meam : * Quia
te vidi justum coram
me ex ómnibus génti-
bus.

V. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi ,
& pervénit ad cælestia
regna. Quia te vidi.
Glória Patri. Quia te
vidi.

*In tertio Nocturno ;
Homil. in Evang. Sint
lumbi vestri , &c. de
Com. Nona Lectio de
hom. fer. & com. ejusd.
in Laud. si venerit in
Quadrag.*

Missa. Os justi , &c.



DIE IX. FEBRUARII.

*IN FESTO SANCTÆ APOLLONIÆ
Virginis & Martyris, Semiduplex in
Diœcesi Tolosana.*

*Omnia de Commun. Virg. & Mart. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in sexu frágili viçtoriam martyrii contulisti; concéde propitius, ut qui beatæ Appolloniæ Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiámur. Per Dóminum, &c.

Com. fer. si vener. in

Quadrag.

*Lect. primi Noct. de
script. occurr. si vene-
rit in Quadrag. Lect.*

*prim. Noct. sumant. ex
comm. virg. De Virgi-
nibus præceptum, &c.*

*In secundo Nocturno.
Lectio IV.*

APOLLÓNIA Virgo Alexandrina, tempore Décii, cum ingraueſcēre jam ætāte ad idola fisterētur ut eis veneratiōnem adhiberet, illis contémpsis, Iesum - Christum verum Deum colendūm esse prædicābat; quamobrem omnes ei contusi sunt & evulsi dentes; ac nisi Chris-

tum detestata, Deos coleret, accenso rogo, vivam se combusturos minati sunt impii carnifices: quibus illa se libenter mortem pro Jesu-Christi fide subiitram respondit.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dexter tua.

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prosperè procéde, & regna. Et deducet te.

Lectio V.

ITaque comprehensa ut combureretur, cùm paulisper, quasi deliberans, quid agendum esset, stetisset, repente se de illorum manibus proripuit, & in ignem quem paraverant, majori Spiritus Sancti flammam intus accensa, sponte profi-

lavit, stupentibus ipsis crudelitatis autóribus, quod fœmina própterior esset ad mortem, quam persecutor ad pœnam. Unde brevi consumpto corpore, purissimus spíritus in cœlum ad sempiternam martyrii corónam evolavit.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio VI.

Ex sermone S. Augustini Episcopi de sancta virginitate. cap. 2.

CUM univerfa Ecclesia virgo sit desponsata uni viro Christo, sicut dicit Apóstolus, quanto dig-

na sunt honore membra ejus, quæ hoc custodiunt, etiam in ipsa carne quod tota custodit in fide, quæ imitatur matrem viri Domini sui? Nam Ecclésia quoque & virgo, & mater est; cuius enim integratíti consúlimus, si virgo non est? Aut cuius prolem allóquimur, si mater non est? María corporáliter caput hujus cörperis perit, Ecclésia spirituáliter membra illius capití parit, in utrāque virginitas fœcunditatem non impedit; in utrāque fœcünditas


virginitatem non adi-
mit.

v. Afferéntur Regi vīrgines post eam, próximæ ejus: * Afferéntur tibi in lætitia & exultatione.

v. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prósperè procéde & regna. Afferéntur tibi. Glória Patri. Afferéntur tibi.

In III. Nocturno.

Homil. in Evang. Si-
mile erit regnum cœlorum decem virginibus, &c. *Nona Lect.*
Homil. fer. curr. si ve-
nerit in *Quadrag.* &
commem. fer. in Laud.



DIE XVII. FEBRUARII.

SANCTI SILVINI, EPISCOPI
Tolosani & Confessoris,

Duplex.

ORATIO.

DA, quæsumus, Omnipotens Deus, ut Beati Silvini Confessoris tui atque Pontificis veneranda Solennitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum, &c.

*In primo Nocturno
Lectio de Scriptur. occur.
Si celebretur in Quadr.
Fidelis fermo, de com.
Conf. Pont. cum 9. l.
hom. fer.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

SIlvinum domo Tolosatem, & illustri loco natum, tan-

démque Antistitem Tolosanum fuisse produnt Clotárii primi, & Dagobéti secundi Regum tempóribus claruisse. Is cum adolevisset nobilem sibi puéllam despóndit, quam tamen intáctam pátriâ Tolosánâ & ópibus reliquit, purioris vitæ studio captus. Quare in Morinórum Terüianénsim agrum se recépit, ubi Sancti Benedicti institutum compléxus, in Sithivénsi perantiquo Monastério, quod à Sancto Berthino cognomen pósteà fortitum est, reliquum vitæ ferè

ferē tradūxit.

R. Invēni David servum meum , óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus in eo , & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus enim mea.

Lectio V.

CUm Sanctus vir cilicio, ferreisque circulis continuò carnem edomāret, totum ejus corpus tantis asperitatibus erat attritum , ut non tam vivere , quām mori videretur. Martyrii cupidus in Syriam transmisit , loca sacra visitando. Deinde Tolosam revērsus, Episcopáli honore ornātur , quem cum laude gessit, sanctissimis exemplis & frequētibus con-

ciónibus plebem suam pascens. Quæ autem docébat innúmeris mīraculis confirmabat ; multos Energūmenos à dæmonum tyrannide vindicavit , ægrōsque non paucos sanitati restituit. Intéreà pris-tini instituti non immemor, Sithivénse cœ-nóbium revisere in desidériis hábuit , quòd dum se conférret , in Alciaco Monastério febri extinguitur.

R. Pósui adjutórium super poténtem , & exaltávi éléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Invēni David servum meum , óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio VI.

CUmque morte imminentē ácriūs conflictaretur, psalmos

tamen Pœnitentiáles remoto tractu simul
continuò decantári , & proféctis.
augustissimum Missæ
sacrificium se coram
celebrári vóluit. Qui-
bus pietatis opéribus
dum impénsius vacá-
ret , Angelórum coetu
recreátus , has voces
semel atque iterum re-
peténdo : Ecce Angeli
Dei ad nos , spíritum
emisit. Quod vivus op-
táverat , mórtuus Si-
thivénse solum obtí-
nuit , eò enim à Cen-
tullénsibus Mónachis
tumulándus , delátus
est , ex Ambianénsi

R. Iste est qui ante
Deum magnas virtutes
operátus est , & omnis
terra doctrinâ ejus re-
pléta est : * Ipse inter-
cédat pro peccátis óm-
níum populórum.

Y. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi ,
& pervénit ad cælestia
regna. Ipse intercédat.
Glória. Ipse intercédat.

*In tertio Noct. Ho-
mil. in Evangel. Vi-
giláte , ut in communi
Conf. Pont.*

Miss. Sacerdótes tui.





DIE VIII. MARTII.

IN FESTO SANCTI JOANNIS DE DEO,
Confessoris, Ordinis Hospitalitatis Fundatoris,

Semiduplex.

*Omnia de Communi Conf. non Pontif. præter
hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

D Eus , qui beá-
tum Joánnem
tuo amore succénsim
inter flamas innó-
xiūm incédere fecísti ,
& per eum Ecclésiam
tuam novā prole fœ-
cundásti ; præsta , ip-
sius suffragántibus me-
ritis , ut igne charitatis
tuæ vitia nostra curén-
tur , & remédia nobis
ætérla provéniant . Per
Dóminum , &c.

In I. Nocturno.

*Lectiones de libro Ec-
clesiastici. Beatus vir ,*

*de Communi Conf. non
Pont. ut 2. loco.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

J Oánnes de Deo ,
ex Cathólicis piis
que Paréntibus , in
Oppido montis Majó-
ris juniórī Regni Lu-
sitánīæ natus , quām
sublímiter in sortem
Dómini fuerit eléctus ,
insuētus splendor su-
per ejus domo refül-
gens , sonitusque æris
campáni suâ sponte
emissus , ab ipso ejus
Nativitatís tempore ,

K ij

non obscurè prænuntiavérunt. A laxiori vivéndi ratione , divinâ operante virtute , revocátus , magnæ Sanctitatis exhibére sp̄cimen cœpit , & ob auditam prædicatiōnem verbi Dei , sic ad meliora se excitatum sensit , ut jam ab ipso sanctioris vitæ rudi- mēto consummātum aliquid perfectūmque visus sit attigisse. Bonis omnibus in pauperes carcēribus inclūsos erogātis , admirabilis pœnitētiæ , suique ipsius contémptūs cuncto populo spectaculum factus , à plerisque , ceudemens , grāviter afflatus , in cácerem amēntibus destinātum conjicitur. At Joánnes cœlesti charitatem , magis incensus , gémino atque amplio valetudi-

nario ex piórum eleemosynis in civitatem Granatēsi extructo , jactoque novi Ordinis fundamento , Ecclésiam , novâ prole fœcundávit Fratrum Hospitalitatis , Infirmis , præclaro animarum corporumque profectu , inservientium , & longè latèque per Orbe diffusorum.

R. Honestum fecit illum Dóminus , & custodivit eum ab inimicis , & à seductoriis tutavit illum * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas , & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio V.
P Aupéribus ægrōtis , quos propriis quandoque hūmeris domum deferébat , nullā

re ad ánimæ corporis-
que salutem proficuâ
déerat. Effusâ quoque
extra nosocómium cha-
ritate, indigéntibus mu-
liéribus, víduis, & præ-
cipue virginibus peri-
clitántibus, clam ali-
ménta subministrábat,
curámque indeféssam
adhibébat, ut car-
nis concupiscéntiam à
próximis hujusmodi vi-
tio inquinátis extermi-
náret. Cùm autem má-
ximum in Régio Gra-
naténsi Valetudinário
excitátum fuisset in-
céndium, Joánnes im-
pávidus prosiliit in
igne, huc illuc dis-
currens, quoúisque tum
Infirmos húmeris ex-
portátos, tum léstulos
è fenestrís projectos ab
igne vindicávit, ac per
dimidiá horam inter
flamas, jam in im-
ménsum succrescéntes,

versátus, exinde divi-
nitùs incólumis, uni-
vértsis Cívibus admir-
rántibus, exivit, in
schola charitatis édo-
cens segniórem in eum
fuisse ignem, qui focis
ússerat, quàm qui in-
tùs accénderat.

R. Amávit eum Dó-
minus, & ornávit eum;
stolam gloriæ induit
eum: * Et ad portas Pa-
radisi coronávit eum.

V. Induit eum Dómi-
nus loricam fidei, & or-
návit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

MUltíplici asperi-
rátum génere,
demississimâ obedién-
tiâ, extrémâ pauper-
tate, orándi stúdio,
rerum divinárumb contemplatióne, ac in bé-
tam Virginem pietate
mirificè excélluit, &
lacrymárumb dono ení-
tuit. Dénique gravi

morbo corréptus, ómnibus Ecclésiæ Sacraméntis ritè sanctéque reféctus, vītibus licet destitūtus, pròpriis indútus véstibus, è lèctu-lo surgens, ac provolútus in génua, manu & corde Christum Dóminum è cruce pendéntem perstringens, octávo idus Mártili, anno millésimo quingen-tésimo quinquagésimo, óbiit in ósculo Dómíni, quem étiam mórtuus tenuit, nec dimisit, & in eádem cörporis constitutiōne sex circiter horas, quoúlque inde dimótus fuíset, totâ Civitáte inspectánte, mirabiliter permánsit, odórem mi-rè fragrántem diffundens, quem ante & post óbitum plúrimis miráculis clarum, Alexánder Octávus, Pón-

tifex Máximus, in Sanctórum númerum rétulit.

N. Iste homo perfécit ómnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad coeléstia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.
Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio VII.
IN illo tempore, Accessérunt ad Jésu Pharisæi, & interrogávit eum unus ex eis Legis Doctor, tentans eum : Magister, quod est mandátum magnum in Lege? Etrēliqua,

Homilia Sancti Joán-
nis Chrysóstomi.

Homil. 72. in Matth.

S Adducæis confu-
sis, Pharisæi rursùs
aggrediuntur, cùmque
quiéscere oportéret,
dercetare voluerunt, &

Legis peritiam profi-
téntem præmittunt,
non discere, sed tantare
cupientes; ac ita intér-
rogant, quodnam pri-
mum mandátum in le-
ge sit? Nam cùm pri-
mum illud sit: Diliges Dóminum Deum
tuum, putantes causas
sibi allatúrum ad man-
dátum hoc corrigén-
dum, aliquid addéndo,
quóniam Deum se fa-
ciébat; hoc modo in-
térrrogant: Quid igitur
Christus? Ut osténdat
idcírcò ad hæc eos de-
venisse, quia nulla in
eis esset cháritas, sed
invidiæ livore tabésce-

rent: Diliges; in-
quit, Dóminum Deum
tuum, hoc primum,
& magnum mandátum
est: secundum autem
simile huic: Diliges
próximo tuum sicut
te ipsum.

R. Iste est, qui ante
Deum magnas virtutes
operatus est, & de omni
corde suo laudavit
Dóminum: * Ipse intercédat pro peccatis
ómnium populorum.

V. Ecce homo sine
queréla, verus Dei cul-
tor, abstinenſ se ab
omni opere malo, &
permanens in innocé-
tia sua. Ipse intercédat.

Lectio VIII.

QUam ob rem si-
mile est huic?
Quóniam hoc illud in-
dúcit, & ab illo rursùs
munitor. Quicunque
enim male agit, odio
habet lucem, & non ve-

nit ad lucem. Et rursus: Dixit insipiens in corde suo: non est Deus. Deinde sequitur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: Et iterum: Radix omnium malorum avaritia est, quam quidam appetentes, erraverunt a fide; Et: Qui diligit me, mandata mea servabit, quorum caput & radix est: Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis.

X. Vigilate ergo, quia nescitis quam horâ Dominus vester venturus


sit. Et vos similes: Glória Patri. Et vos. si hoc Festum venerit in Quadrag. nona Lectio legitur de Homili. fer. occur. & de ea fit comm.

Lectio IX.

Si ergo diligere Deum, diligere proximum est: (nam: Si diligis me, o Petre, inquit, pasce oves meas;) Si etiam dilectio proximi facit ut mandata custodias, merito, ait, in his totam Legem & Prophetas pendere. Et quemadmodum in superioribus, cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit quam tentantes petebant: Sic in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum etiam, non valde quam primum inferius, sponte attulit: secundum

secundum enim est pri-
mo simile. Ita occul-
tè insinuavit ódio illos
d quæréndum incitá-
ri : Cháritas enim , in-
quit , non æmulátur.

Te Deum laudámus,
&c.
Miff. Os justi , de
Com. cum Evang. Dōn.
17. post Pent. Accessé-
runt.



DIE XVII. MARTII.

IN FESTO SANCTI PATRITII
Episcopi & Confessoris ,

Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. præter hæc quæ seq.

ORATIO.

Deus , qui ad præ-
dicándam Gén-
tibus glóriam tuam ,
Beátum Patriticium Con-
fessorem tuum atque
Pontificem mittere dig-
natus es : ejus méritis
& intercessióne concé-
de , ut quæ nobis agén-
da præcipis , te misé-
ránte adimplére possí-
mus. Per Dóminum

nostrum Jesum , &c.

*In primo Nocturno ,
Lectiones de Epist. I. B.
Pauli Apostoli ad Ti-
moth. Fidélis sermo ,
de Comm.*

*In secundo Nocturno .
Lectio IV.*

PAtritus , Hibér-
niæ dictus Após-
tolus , Calphúrnio Pa-
tre , Matre Conchés-
sâ , Sancti Martini Tu-

L

ronénsis Episcopi , ut pérhibent , consanguineâ , majóri in Británia natus , puer in Barbarorum sæpius incidit captivitatem . Eo in statu pascéndis grégi- bus præpositus , jam tum futuræ sanctitatis sp̄cimen præbuit ; fidei namque , divini- que timoris , & amóris sp̄itu replétus , antelucáno témpore per nives , gelu ac plú- vias ad preces Deo fundéndas impiger consurgébat ; sólitus cénties int̄diu , ceni- tiésque noctu Deum orare . A servitute té- tiò exémptrus , & inter Cléricos relátus , in di- vinis lectionibus lon- go se témpore exér- cuit . Gálliâ , Itáliâ , Insulísque Tyrrhéni maris labóre summo peragratis , divino tan-

dem mónu ad Hiber- nórūm salútem advocá- tur ; & factâ à Beato Cœlestino Papa Evan- gélii nuntiandi potes- tate , consecratusque Episcopus , in Hibér- niā perréxit .

R. Invéni David ser- vum meum , óleo sanc- to meo unxi eum : * Ma- nus enim mea auxiliá- bitur ei .

X. Nihil proficiet ini- micus in eo , & filius iniquitatis non nocébit ei . Manus enim .

Lectione V.

EO in múnere mirum quot vit Apostólicus mala , quot ærúmnas , & labóres , quot pertulerit adver- sários . Verùm Dei af- flánte benignitatē , ter- ra illa , idolórum ánte- tea cultrix , eum mox , prædicánte Patrítio , fructum dedit , ut Sanc-

tórum Insula deinde fuerit appelláta. Frequentíssimi ab eo pópuli sacro sunt regenerati lavácro: Episcopi, Clericique plúrimi ordinati; Vírgines ac Víduæ ad continéntiæ Leges institútæ. Armachánam Sedem, Románi Pontificis autoritatè, totius Insulæ príncipem Metrópolim constituit, Sanctorumque reliquiis ab Urbe relátis decorávit. Supérnis visiónibus, prophétiae dono, ingentibúsque signis, & prodigiis à Deo exornátus adeo refúlsit, ut longè latéque celébrior Patrítii fama se diffúderit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea: * Manus enim mca auxiliabitur ei.

v. Invéni David ser-
vum meum, óleo sancto meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectio VI.

P Ræter quotidiana Ecclesiárum sollicitúdinem, invictum ab oratione spíritum nunquam relaxabat. Aiunt enim integrum quotidie Psaltréum unà cum Canticis & Hymnis, ducentisque orationibus consuevisse recitare; tercenties per dies singulos flexis génibus Deum adorare, ac in quálibet Hora diei Cánónica cénties se crucis signo munire. Noc-
tem tria in spátia dis-
tribuens, primum in
centum Psalmis per-
curréndis, & bis cénties genuflecténdo; ál-
terum in réliquis quin-
quaginta Psalmis, ál-

Lij

gidis aquis immersus ,
ac corde , oculis , ma-
nibusque ad cœlum
erectus , absolvendis
insumebat : tertium
verò super nudum lá-
pidem stratus tenui da-
bat , quiéti . Humili-
tatis eximus cultor ,
Apostólico more à
mánuum suárum labó-
re non abstinuit . Assi-
duis tandem curis pro
Ecclésia consumptus ,
verbo & opere clarus ,
in extréma senectute
divinis mystériis reféc-
tus , obdormivit in Dó-
mino , sepultusque est
apud Dunum in Ultó-
nia , à Christiana salute
sæculo quinto .

R. Iste est qui ante
Deum magnas virtutes
operatus est , & omnis
terra doctrinâ ejus re-
plêta est : * Ipse intercé-
dat pro peccatis óm-
níum populorum .

V. Iste est qui con-
tempsit vitam mundi ,
& pervénit ad cœlestia
regna . Ipse intercédat .
Glória Patri . Ipse in-
tercédat .

*In tertio Nocturno .
Homilia in Evangelium , Homo peregrè
proficiens , de Comm.
Conf. Pontificis .*

*Nona Lect. de Hom.
fer. occurr. cum com-
mem. ejusd.*





DIE V. APRILIS.

IN FESTO S. VINCENTII FERRERII
Confessoris,

Semiduplex.

*Omnia de Commun. Conf. non Pont. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiam tuam, Beati Vincéntii Confessoris tui méritis & prædicatione illustrare dignatus es, concéde nobis fámulis tuis, ut & ipsius instruámur exémplis, & ab omnibus, ejus patrocínio, liberémur adverfis. Per Dóminum nostrum, &c.

Commem. fer. si celebretur in Quadrag.

Lect. I. Noct. de Script. occurr. Si cele-

bretur in Quadrag.
Lect. I. Noct. sumantur
de Comm.

Justus si morte, &c.
In secundo Nocturno.
Lectio IV.

VIncéntius, hominéstâ stirpe, Valentiae in Hispánia natus, ab ineunte ætate, cor gessit senile. Qui, dum caliginosi hujus saeculi labilem cursum pro ingénii sui módulo consideraret, Religiónis hábitum, in Ordine Prædicatórum, décimo-octavo ætatis suæ

anno suscépit, & emis-
sā solémni professióne,
sacris litteris sédulò
incúmbens, Theoló-
giæ lauream summa
cum laude consecutus
est. Mox obténta à Su-
perióribus licétiâ ver-
bum Dei prædicare,
Judæórum perfidiam
argúere, Sarracenórum
errores confutare tan-
tâ virtute & efficaciâ
cœpit, ut ingén-
tem ipsorum Infidé-
lium multitúdinem ad
Christi fidem perdúxe-
rit, & multa Christia-
nórum millia à pec-
catis ad pœniténtiam,
à vitiis ad virtutem
revocáverit. Eléctus
enim à Deo, ut mórita
salútis in omnes gen-
tes, Tribus, & Lin-
guas diffunderet, &
extrémi tremendique
judíci diem appropin-
quare osténderet, óm-

nium auditórum áni-
mos terróre concússos,
atque à terrénis afféc-
tibus avúllos, ad Dei
amórem excitábat.

v. Honéstum fecit
illum Dóminus, &
custodívit eum ab ini-
mícis, & à seductóri-
bus tutávit illum: * Et
dedit illi claritátem
æternam.

v. Justum dedúxit
Dóminus per vias rec-
tas, & osténdit illi
regnum Dei. Et dedit.

Lectione V.

IN hoc autem Apos-
tólico múnere, hic
vitæ ejus tenor perpé-
tuus fuit. Quotidiè
Missam sunmo manè
cum cantu celebrávit,
quotidiè ad pópulum
concionem hábuit, in-
violábile semper jejú-
niū, nisi urgens ad-
ésset necéssitas, servá-
vit. Sancta & recta

consilia nulli denegavit, carnes nunquam comedit, nec vestem lineam induit, popularum iuria sedavit, dissidentia Regna pace composuit, & cum vestis inconsutilis Ecclesiæ diro schismate scinderetur, ut uniretur, & unita servaretur plurimum laboravit. Virtutibus omnibus cláruit, suósque detractores & persecutores, in simplicitate & humilitate ámbulans, cum mansuetudine recépit & amplexus est.

Rv. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum, stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Induit eum Dóminus loricam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Per ipsum, Divina Virtus, in confirmationem vitæ & prædicatiōnis ejus, multa signa & miracula fecit. Nam frequentissimè super ægros manus impōsuit, & sanitatem adépti sunt: Spíritus immundos è corpóribus expulit; surdis auditum, mutis loquélam, cæcis visum restituit; leprósos mundavit, mórtuos suscitavit. Séniotandem & morbo confectus, infatigabilis Evangélii Præco, plurimis Európæ Provinciis, cum ingenti animalium fructu, peragratis, Venetiæ, in Británnia minori, prædicationis & vitæ cursum feliciter consummavit, anno salutis millésimo quadtingen-

téximo décimo - nono, tém̄psit vitam mundi ,
quem Calixtus tértius & pervénit ad coélēstia
Sanctórum número ad- regna. Quia te vidi.
scripsit. Glória Patri. Quia te
vidi.

R. Iste homo perfé-
cit ómnia quæ locú-
tus est ei Deus , & di-
xit ad eum : ingrédere
in réquiem meam : *
Quia te vidi justum co-
ram me ex ómnibus
géntibus.

V. Iste est qui con-

tém̄psit vitam mundi ,
& pervénit ad coélēstia
regna. Quia te vidi.
Glória Patri. Quia te
vidi.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang.
Sint lumbi vestri præ-
cincti, de Comm. Conf.
non Pont. 9. Leet. Ho-
mil. fer. si venerit in
Quadr. cum ejus com.
Miss. Os justi, de Com.



DIE XXI. APRILIS.

*IN FESTO SANCTI ANSELMI
Archiepiscopi Cantuariensis & Confessoris,*

Semiduplex:

*Omnia de Communi Confessoris Pontificis ,
præter ea quæ sequuntur.*

O R A T I O. **D**EUS , qui pópu-
lo tuo ætérnæ sa-
lútis beatum Ansél-
mum ministrum tri-
buisti : præsta , quæsu-
mus , ut quem Doctó-
rem vitæ habúimus in
terrīs , intercessōrem
habére mereámur in
coélīs.

coelis. Per Dóminum nostrum , &c.

In primo Nocturno.

Lect. de Script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Anselmus Augus-
tæ Prætoriæ in-
finibus Italiæ , Gun-
dulpho , & Ernembe-
rgâ nobilibus & Ca-
tholicis paréntibus na-
tus , à ténoris annis af-
síduo litterarum stúdio
atque perfectioris vitæ
desidério , non obscu-
rum futuræ sanctitatis
& doctrinæ sp̄cimen
dedit. Et licet juveni-
li ardore aliquando ad
sæculi illécebras trahe-
réatur , brevi tamen in
pristinam viam revocá-
tus , pátriâ & bonis
omnibus derelictis , ad
Monastérium Beccén-
se Ordinis Sancti Be-
dicti se contulit : ubi
emissa regulari Profes-

sione sub Herluíno
Abbáte observantissi-
mo & Lanfráncō vi-
ro doctissimo , tanto
ánimi fervore & jugi
stúdio in litteris &
virtutibus assequéndis
profécit , ut mirum in
modum tanquām sanc-
titatis & doctrinæ
exemplar ab omnibus
haberétur.

R. Invéni David ser-
vum meum , óleo sanc-
to meo unxi eum : *
Manus enim mea au-
xiliabitur ei , allelúia.

X. Nihil proficer
inimicus in eo , & fi-
lius iniquitatis non no-
cébit ei. Manus.

Lectio V.

Abstinétiæ &
continétiæ tan-
tæ fuit , ut assiduitate
jejunii omnis penè ci-
borum sensus in eo
viderétur extictus.
Diurno enim tempore

M

in exercitiis Monásticis docéndo, & respondéndo variis de Religione quæsitis eménso, quod réliquum erat noctis somno subirahébat, ut divinis meditationibus, quas perenni lacrymárum imbre fovébat, mentem recreáret. Eléctus in Priórem Monastérii, invidos Fratres ita charitáte, humilitáte, & prudéntiâ lenivit, ut quos æmulos accéperat, sibi & Deo amicos, máximo cum reguláris observantiæ emoluménto redderet. Mórtuo Abbáte, & in ejus locum, licet invitus, sufféctus, tantâ doctrinæ & sanctitatis famâ ubique refūsit, ut non modò Régibus & Episcopis veneratiōni esset, sed Gregorio Séptimo

étiam accéptus, qui tunc magnis persecutiōnibus agitátus, litteras amoris plenas ad eum dedit, quibus se & Ecclésiam Cathólicam ejus oratiōnibus commendábat.

R. Pósui adjutórium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

V. Invéni David servum meum: óleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea.

Lectio VI.

DEfuncto Lanfráncō Archiepíscopo Cantuariénsi, ejus olim Præceptóre, Ansélmus, urgente Vwillélmo Angliæ Rege, & instantibus Clero ac pópulo, ipso tamen repugnante, ad ejusdem Ecclésiæ

régimen vocátus, statim, ut corrúptos pópuli mores reformáret, verbo & exémplo priùs, dein scriptis, & Concíliis celebrátis, pristinam pietátem, & Ecclesiásticam disciplinam redúxit. Sed cùm mox idem Vvillélmus Rex vi & minis Ecclésiæ jura usq[ue] r[e]p[re]t[er]et, ipse sacerdotali constâtiâ rés titit: bonorúmque di reptionem & exilium passus, Romam ad Urbánū Secundum se contulit, à quo honoriſcè excéptus, & summis laudibus ornatus est, cùm in Barénsi Concilio Spíritum Sanctum étiam à Fílio procedéntem, contra Græcorum errórem, in númeris Scripturárum, & sanctórum Patrum testimoniis propugná-

set. E vivis Vvillélmō sublato, ab Henrico Rege ejus fratre in Angliam revocátus, obdormivit in Dómino; famam non solum miraculórum & sanctitatis, præcipue ob insignem devotionem erga Dómini nostri Pasiónem, & Beátam Virginem ejus Matrem, assiduus, sed etiam doctrinæ, quam ad defensionem Christiánæ Religiónis, animárum profectum, & omnium Theologórum, qui sacras litteras scholásticâ méthodo tradidérunt, normam, cœlitus hauſisse ex ejus libris omnibus appáret.

¶. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus repléta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnijs

nium populorum, alleluia.

¶. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III. Nocturno.
Lectio sancti Evangeli secundum Matthæum.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Matth.
cap. 5.

Lectio VII.

VOS estis sal terræ : quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur. Sal, ut arbitror, terræ nullum est; quomodo ergo Apô-

tolos sal terræ nuncupavit? Sed proprietas est querenda dictorum, quam & Apostolorum officium, & ipsius salis natura monstrabit. Sal est in se uno continens aquæ, & ignis elementum ; & hoc ex duobus est unum.

¶. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum : * Et ad portas paradisi coronavit eum, alleluia.

¶. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VIII.

HIC igitur in omnem usum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impetrat, & ad omnem sensum condi-

tis saporis aptissimus est. Apóstoli autem sunt rerum cœlestium Prædicatores, & æternitatis velut satores, immortalitatem omnibus corpóribus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Méritò igitur sal terræ nuncupati sunt, per doctrinæ virtutem saliéndi modo æternitati corpora reservantes.

¶. In medio Ecclésiæ apéruit os ejus: * Et implévit eum Dóminus spiritu sapiéntiæ & intelléctus, alleluia.

¶. Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implévit. Glória Patri. Et implévit.

Lectio IX.


Sed natúra salis semper éadem est,

nec immutari unquam potest. Verùm quia conversioni homo subjet; & solus beatus, qui usque ad finem in omnibus Dei opéribus permanferit, idèo eos sal terræ nuncupatos monet in tráditæ sibi potestatis virtute persistere, nè infatuati nihil saliant, & ipsi, sensu accépti saporis amissi, vivificare corupta non possint, & projécti de Ecclésiæ promptuariis, cum iis quos salierint, pédibus incedéntium proterantur.

Te Deum laudamus.

Missa ut in festo S.Hilarii die 14. Januarii.

*In 2. vesp. à cap. de
ss. Soter. & Caio, cum
com. S. Anselmi.*



DIE V. MAII.

*IN FESTO SANCTI PII QUINTI
Papæ, Confessoris,*

Semiduplex.

*Omnia de Commun. Conf. Pont. præter ea que
sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui ad conserendos Ecclésias tuæ hostes, & ad divinum cultum reparandum, Sanctum Pium Quintum Pontificem Maximum eligerē dignatus es; fac nos ipsius defendi præsidii, & ita tuis inhærére obsequiis, ut omnium hóstium superatris insidiis, perpétuā pace lætemur. Per Dominum.

*In I. Nocturno Lect.
de script. occurrit.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

PIUS, in oppido Insubriæ, quod Boschum vocant, natus; sed è Bononia oriundus, ex nobili Ghisleriorum familia, cum quatuordecim esset annorum, Ordinem Prædicatorum ingrüssus est. Erat in eo admirabilis patientia, profunda humilitas, summa vitae austerioritas, continuum orationis studium, & regularis observantia ac divini ho-

Lección V.

nóris ardentissimus ze-
lus. Philosophiæ verò
ac Theológiæ incúm-
bens , ádeò in iis ex-
célluit , ut illas docén-
di munus magna cum
laude per multos an-
nos exercúerit. Sacras
conciones plúribus in
locis , cum ingénti Au-
ditórum fructu hábuít.
Inquisitórìs officium
inviolábili ánimi forti-
tudine diù sustinuit ,
multásque civitátes ,
non sine vitæ discrimi-
ne , ab hæresi tunc
grassántे immunes sal-
vávit.

R. Invéni David ser-
vum meum , óleo sanc-
to meo unxi eum : *
Manus enim mea au-
xiliabitur ei , alle-
liia.

V. Nihil proficiet
inimicus in eo , & si-
lius iniquitatis non no-
cébit ei. Manus enim.

A Paulo Quarto ,
cui ob exírias
virtutes charíssimus
erat , ad Nepesínū &
Sutrinū Episcopá-
tum promótus , & post
biénnium inter Romá-
næ Ecclésiæ Presbyte-
ros Cardináles asdcrip-
tus fuit. Tum ad Ec-
clésiam Montis Regá-
lis in Subalpínis à Pio
Quarto translátus , cùm
plures in eam abúsus
irrepsisse cognovisset ,
totam Dioceſim luſ-
travit , rebúsque com-
pósitis , Romam revér-
sus , gravissimis expe-
diéndis negótiis appli-
catus , quod justum
erat , Apostólicā liber-
tate & constátiâ de-
cernébat. Mórtuo au-
tem Pio , præter óm-
nium expectaciónem ,
éléctus Póntifex , nihil
in vitæ ratione , excép-

to exteriōri hábitu, immutávit. Fuit in eo Religiónis propagandæ perpétuum stúdium, in Ecclesiástica Disciplina restituénda indeféssus labor, in extirpándis erróribus assídua vigilántia, in sublevándis egéntium necessitátibus indeficiens beneficéntia, in Sedis Apostólicæ júribus vindicándis robur invictum.

R. Pósui adjutorium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei, allelúia.

V. Invéni David ser-vum meum, óleo sanc-to meo unxi eum, Manus enim.

Lectio VI.

SElimum Turcárum Tyránum, multis elátum victoriis, in-

génti comparátâ clas-se, ad Echinadas Insulas, non tam armis, quàm fusis ad Deum précibus devicit. Quam victoriā eâ ipsâ horâ quâ obténta fuit, Deo revelánte, cognóvit, suisque familiáribus indicávit. Dum veró novam in ipsos Turcas expeditiōnem moliretur, in gravem morbum ícidit, & acerbissimis doloribus patientissimè tolerátis, ad extréma devéniens, cùm Sacraménta de more suscepisset, ánimam Deo placidissimè réddidit, anno millésimo quingentésimo septuagésimo-secundo, ætatis suæ sexagésimo octávo, cùm sedisset annos sex, menses tres, dies viginti - quátuor. Corpus ejus in Basílica Sanctæ Mariæ ad Præsépe

Præsépe, summâ Fidélium veneratiōne cōlitur , multis à Deo ejus intercessiōne patratis miraculis.

v. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est , & omnis terra doctrinā ejus replēta est : * Ipse intercedat pro peccatis ómnium populorum , al-
leluia.

v. Iste est qui con-

témpsit vitam mundi , & pervénit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Hom. in Evang. Homo peregrinè , de Com. Conf. Pont.

Missa , Státuit , de eod. Com.

In. 2. Vesp. ant. Dum effet summus.

D I E V I I . M A I I .

*I N F E S T O T R A N S L A T I O N I S
Sancti Stephani Protomartyris ,*

D u p l e x majus.

*Omnia de Com. Mart. temp. Pasch. præter Orat.
& Lect. II. Nocturni.*

O R A T I O . ut discámus & inimicos diligere : quia ejus Translationem celebrámus , qui novit
DA nobis, quæsumus, Dómine , imitari quod cōlimus ,

N

étiam pro persecatóri-
bus exoráre Dóminum
nostrum Jesum-Chris-
tum , &c.

*Lectio. primi Nocturni
de scriptura occurrit.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

TAnti fecére sem-
per Christiáni
sanctas Protomártyris
Stéphani reliquias , ut
eas præsidii gratiâ in
várias orbis terrárum
partes deportáverint.
Hinc factum est ut di-
versæ sancti Stéphani
hujus Ecclésiæ Patróni
Translationes legán-
tur. Prima fuit statim
ab ejus cörperis inven-
tiōne , anno quadrin-
gentésimo décimo-
quinto , cùm Joánnes
Jerosolymitánuſ Antif-
tes eas Jerosólymam ,
séptimo Kalendas Ja-
nuárii cum ingénti
pompa importávit , &

in sancta Siónis æde ;
ubi Stéphanus Archidiáconi munus obie-
rat , collocávit. Ha-
rum mirábili advéntu
& fragrántiâ septua-
ginta-tres váriis vexáti
morbis , sanitati réd-
diti , dæmones effugá-
ti , agri longâ siccitatē
sitiéntes , imbribus co-
piosis irrigáti legúntur.

*R. Lux perpétua lu-
cébit Sanctis tuis, Dó-
mine : * Et ætérnitas
réporum , allelúia ,
allelúia.*

*V. Lætitia sempitér-
na erit super capita eó-
rum , gaúdium & exul-
tationem obtinebunt.
Et ætérnitas.*

Lectio V.

Altera Reliquiâ-
rum Translatio
anno quadringentési-
mo undequadragési-
mo contigit , cùm pií
Imperatoris Theodóssi

pia uxor Eudóxia ad Imperatórem Jerosólymis agéntem se cónstulit. Inde sacra Stéphani pignora Constantínópolim tránstulit, ubi multa cum pópuli Christiáni reveréntia per annos áliquot as-serváta, Romam tandem deportáta sunt, Pelágio summo Pontifice. Póstea in sepúlchro Sancti Lauréntii, in agro Veráno pósita, magna religióne ibidem coluntur, máxi-mè Nonis Maii, quibus Romæ Translatiōnis hujus dies festus ágitur.

R. In servis suis, alleluia : * Consolábitur Deus, alleluia.

V. Judicábit Dóminus pópulum suum, & in servis suis. Consolábitur,

Lection VI.

Non est autem oblívióni tradéndum prodigium quod eo témpore contigisse narrátur, dum Sancti Stéphani corpus sepúlchro Sancti Laurénti commendátum est. Cùm enim árctius es-set Lauréntii sepúlchrum, quám ut unum & áltérum corpus posset cápere, ista duo córpora ita sese movére visa sunt, quasi re-diviva essent. Siquidem Lauréntii corpus quod supinum jacébat, quasi gratulatúrum Stéphano, è dorso in latu prosiluit, ut dum sic decúmberet, adventanti Protomártyris córpori locum daret. Stéphani autem cùm in sepúlchrum demissum esset corpus, éodem modo in la-

Nij



tus álderum convérsum est , ita ut vide réntur Sanctórum córpora mítuis se conspéctibus intuéri.

R. Filiæ Jerúsalement , veníte & vidéte Mártyres cum corónis , quibus coronávit eos Dóminus : * In die solemnitatis & lætitiæ , alleluia.

¶. Quóniam confor-távit seras portárum tuárum , benedíxit filios tuos in te. In die. Glótia Patri. In die.

In tertio Nocturno , homil. in Evang. Ego sum vitis vera , &c. de Communi Martyrum tempore Paschali.

Missa. Protexisti , &c.



D I E X I . M A I I .

*IN FESTO SANCTI ANTONINI
Confessoris Pontificis , dies assignata.*

Semiduplex.

*Omnia de Commun. Conf. Pont. preter hac
quæ sequuntur.*

O R A T I O .
S Ancti Antonini , Dómine , Confessoris tui atque Pontificis méritis adjuvémur : ut sicut te in illo mirá-

bilem prædicámus , ita in nos misericórdem fuisse gloriémur. Per Dóminum nostrum , &c.

In primo Nocturno ,



*Lect. de Script. occurr.
In secundo Nocturno.*

Lectio IV.

Antoninus, Florentiæ honestis parentibus natus, ab ipsa jam pueritia egregium futuræ sanctitatis specimen exhibuit. Annū agens sextum-décimum, Religionem Prædicatórum amplèxus, cœpit exinde maximis clarere virtutibus. Oratio perpétuum bellum indixit. Post nocturnum brevem somnum primus matutinis precibus aderat; quibus persolutis reliquum tempus noctis orationibus, aut certe lectiōni & scriptiōni librōrum tribuēbat; & si quandō importunior fessis membris somnus obréperet, ad parietem paúlulūm declinato cāpite, ac

tantis per discusso somno, mox sacras vigilias avidiūs repetébat.

B. Invéni David serum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

¶. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim.

Lectio V.

Disciplinæ regularis sui ipsius severissimus exáctor, carnes, nisi in gravi ægritudine, nunquam edit. Humi, aut in nudo tabulato cubabat, cilicio semper usus; & intérsum zonā ferreā ad vivam cutem incinētus, virginitatem integrimè semper coluit. In explicāndis Conciliis tantæ dexteritatis fuit, ut communī elogio Antoninus Conciliō-

rum diceretur. Adeò autem in eo humilitas enīuit, ut etiam Cœnobiiis ac Provinciis præfēctus, abjectissima Monastērii officia demississimè obiret. Ab Eugénio quarto Florentinus Archiepiscopus renunciatus, ægerrimè tandem, nec nisi Apostolicis minis perterrefactus, ut Episcopatum accipēret, acquiévit.

R. Pósui adjutorium super potētem, & exaltavi élēctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

V. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio VI.

IN eo mūnere vix dici potest, quantum prudētiā, pietā-

te, charitatiē, mansuetudine, & sacerdotali zelo excelluerit. Illud mirandum, tantum ingenio valuisse, ut omnes fermè sciētias per se, nullo adhibito præceptore, absolutissimè didicerit. Tandem post multos labores, multis etiam éditis insignis doctrinæ libris, Sacra Eucharistiā & Unciōne percéptâ, complexus Crucifixi imaginem, mortem latus aspexit, sexto nonas Maii, anno millésimo quadringentésimo quinquagésimo-nono. Miraculis vivens & post mortem conspiciens, Sanctorum numero abscriptus est ab Adriano Sexto, anno Dómini millésimo quingentésimo vigésimo-tertio.

R. Iste est, qui ante

Deum magnas virtutes
operatus est, & omnis
terra doctrinâ ejus re-
plêta est: * Ipse inter-
cédat pro peccatis óm-
nium populórum, al-
lelúia.

¶. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi,

& pervénit ad coeléstia
regna. Ipse intercé-
dat. Glória Patri. Ipse
intercédat.

*In tertio Nocturno.
Homilia in Evangel.
Homo peregrinè profi-
ciscens, de Comm.
Conf. Pont.*

DIE XVI. MAII.

*IN FESTO SANTI GERMERI^L
Episcopi Tolosani & Confessoris,*

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

Exaudi, Dómine,
preces nostras,
& intercedente Beato
Germério Confessore
tuo atque Pontifice,
supplicationes nostras
placatus inténde. Per
Dóminum nostrum.

*In I. Nocturno Lect.
de Scriptura occurr.*

*In secundo Nocturno.
Lectio IV.*

Germérius pátriâ
Jerosolymitanus,
ductu divino suis óm-
nibus relictis, Dulci-
dio ac Pretioso viæ

sibi comitibus ascitis, Tolósam se recépit. Ibi notæ sanctitatis famâ sic demulsit Tolo-sanórum cívium áni-mos, ut ultrò quæ ad-victum & vestitum ne-cessária sunt, áffatim suppeditárent, è qui-bus ómnibus solébat Germérius, tértiam rerum ónnium quæ il-li porrigebántur par-tem, in usus paúpe-rum sepónere, ad su-blevándam utcumque illórum egestátem.

R. Invéni David ser-vum meum, óleo sanc-to meo unxi eum : * Manus enim mea au-xiliabitur ei, alleluia.

¶. Nihil proficiet inimicus in eo, & fi-lius iniquitatis non no-cébit ei. Manus enim.

Lectio V.

T Olósâ ad Xantó-num urbem pro-

fécus, à Xantonénsi Antistite Gregório, Subdiaconátus & Dia-conátus sacris Ordini-bus initiátur ; quibus cùm egrégie defunge-rétur, admiranda cœ-pit ópera patrare. Nam in arénti solo, préci-bus ad Deum fusis, fons perennis scaturí-vit, leprósum mundávit, dæmones ex trium Energumenórum cor-póribus abire jussit, domûs incéndium extíxit. Tot prodigiis clarus, Parísios, Ange-li jussu, profécus est, ubi Sacerdotális & Pontificális dignitatis charactérem suscépit.

R. Pósui adjutorium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

¶. Invéni David ser-vum

vum meum, óleo sanc-
to meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectione VI.

Germérium Lu-
tetiâ abeūntem,
Clodovæus Francó-
rum Rex inclytus,
aureâ argenteâque su-
pelléctile copiósâ do-
návit. In território To-
losâno si aliquid desi-
deráret, óbtulit libe-
ráliter, benedictiōne
sanctâ ab eo priuīs peti-
tâ & impetrâtâ. Ur-
bem subeūnti plebs
Tolosâna magno con-
cursu, lætâ fronte, &
hilarî vultu óbviā
procéssit. Cives To-
losânos váriis morbis
afféctos sanitati resti-
tuit. Sanctum Satur-
nínum cultu singulâri
prosecutus est. Demùm
bonorum óperum cu-
mulátus méritis, cùm
per triginta & sex an-

nos, divini verbi pá-
bulo, vitæ exémplo,
paternâque sollicitúdi-
ne gregem fovísset,
discéssit è vita, & ad
Muréllum óppidum se-
pultus est, ubi ipsius
ac Sociórum Reliquiæ,
religiósè coluntur.

R. Iste est qui ante
Deum magnas virtutes
operátus est, & omnis
terra doctrinâ ejus re-
pléta est: * Ipse inter-
cédat pro peccátis óm-
nium populórum, al-
leluia.

R. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi,
& pervénit ad cælestia
regna. Ipse intercédat.
Glória Patri. Ipse in-
tercédat.

In tertio Nocturno;
Hom. in Evangelium,
Homo perégrè, ut in
Communi Conf. Pont.

Missa, Státuit, &c.

DIE XVII. MAI.

*IN FESTO SANCTI UBALDE
Confessoris Pont. dies assignata,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter ea
quæ sequuntur.*

ORATIO.

Auxilium tuum nobis, Domine, quæsumus, placatus in pende, & intercessione Beati Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes Diaboli nequitias dexteram super nos tuæ propitiatiōnis extende. Per Dominum nostrum, &c.

*In 1. Noct. Lect. de
script. occurrit.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

UBALDUS EUGUBII in Umbria nobili génere natus, à primis annis pietate & litteris est egrégie institutus; jamque adolescens, ut uxorem duceret sæpè tentatus, numquam tamen à propó sito servandæ virginitatis recéssit. Sacérdos efféctus, patrimonium suum paupéribus & Ecclésiis distribuit, & Canonicorum regulárium Ordinis Sancti Augustini

Institutum suscipiens, illud in pátriam tráns-tulit, atque in eo ali-quándiu sanctissimè vi-xit: cuius sanctitatis opinióne evulgátâ, ab Honório secundo summo Pontifice Ecclésiæ Eugubinæ invitus præ-ficitur, & Episcopá-lis consecratiónis mú-nere decorátur.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea au-xiliabitur ei, alleluia.

V. Nihil proficiet inimicus in eo, & fi-lius iniquitatis non no-cébit ei. Manus.

Lectio V.

AD suam itaque revértens Ecclé-siam, cùm de consuéta vivéndi ratióne ni-hil admodum immu-tásset, in omni tamen virtutu-ma género cò-

magis eminére cœpit, quò efficácius aliórum etiam salútem verbo & exémplo procuráret, factus forma gregis ex ánimo. Nam vietu par-co, vestitu moderá-to, léctulo áspero & paupérímo, Crucis mortificationem júgi-ter in suo córpore cir-cumferébat, dum in-explébili oratiónis stú-dio spíritum quotidiè recreáret. Hinc admi-rabilem illam mansue-túdinem est adéptus, quâ gravissimas injúrias & contumélias, non modà æquaními-ter tulit, verùm etiama mirifico dilectiōnis af-féctu persecutóres suos omni benignitatis tes-timónio complectebá-tur.

R. Pósui adjutorium super poténtem, & ex-altávi éléctum de ple-

be mea : * Manus enim
mea auxiliabitur ei ,
allelúia.

¶. Invéni David ser-
vum meum , óleo sanc-
to meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectio VI.

Bex hac vita mi-
graret , cùm diuturnis
afflictarétur infirmitá-
tibus, inter acerbissimos
córporis cruciátus , ve-
lut aurum in fornáce
purgátum, Deo grátias
indefinénter agébat.
Adveniénte autem sa-
cro Pentecóstes die ,
cùm multis annis Ec-
clésiam sibi commissam
summa cum laude gu-
bernásset , sanctis opé-
ribus ac miraculis cla-
rus , quiévit in pace.
Quem Cœlestínuſ Pa-
pa térrius in Sanctó-
rum númerum rétulit,

Ejus virtus præcipue in
effugāndis spiritibus
immundis elucet , cor-
pus verò per tot sæcula
incorruptum , magnâ
fidélium veneratiōne
in pátria colitur , quam
non semel à præsénti
discrimine liberavit.

¶. Iste est , qui ante
Deum magnas virtutes
operatus est , & omnis
terra doctrinâ ejus re-
plēta est : * Ipse inter-
cédat pro peccatis óm-
nium populórum , al-
lelúia.

¶. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi ,
& pervénit ad cœlestia
regna. Ipse intercédat.
Glória Patri. Ipse in-
tercédat.

In tertio Nocturno.

Hom. in Evang. Ho-
mo peregrinè , de Com-
muni.

DIE XVIII. MAII.

*IN FESTO SANCTI VENANTII
Martyris,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi unius Martyris temp.
Pasch. præter hæc quæ sequuntur.*

AD VESPERAS. Parcit leonum immá-
Hymnus. nitas,

Martyr Dei Ve- Pedesque lambunt
narius, Mártiris
Lux & decus Camér- Iræ famisque immé-
tium,

Tortore victo, & jū- Verso deorsum vér-
dice,

Lætus triumphum cón- Haurire sumum cōgi-
cinit.

Annis puer, post Costas utrinque & vís-
víncula,

Post cárceres, post vér- Succénsa lampas iustu-
bera,

Longâ fame freménti- Sit Laus Patri, sic
bus

Cibus datur leónibus. Tibique, Sancte Spíri-
Sed ejus innocéntiae tus;

Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia.

Amen.

ORATIO.

Deus, qui hunc diem Beáti Venántii Mártiris tui triúmpho consecrásti ; exaudi preces pópuli tui , & præsta , ut qui e jesus mérita venerámur , fidei constántiam imitémur. Per Dóminum nostrum , &c.

AD MATUTINUM

Hymnus.

AThléta Christi , nóbilis , Idóla damnat géntium , Deíque amóre saúcius , Vitæ pericla déspicit .

Loris revinctus áspetris ,

E rupe præceps vólvit : Spinéta vultum lâncinant :

Per saxa corpus scinduntur .

Dum membra raptant Mártiris , Lánguent siti satéllites :

Signo Crucis Venántius

E rupe fontes élicit . Bellátor ô fortissime , Qui pérfidis tortóribus E caute præbes póculum ,

Nos rore grátiae irriga . Sit laus Patri , sic Filio ,

Tibique , sancte Spíritus ;

Da per preces Venántii

Beáta nobis gáudia . Amen .

In primo Nocturno .

Lect. de Script. occurrit .

Si venerit fer. 2. & 4.

in Rogat. Lect. I. Noct.

sumant. de Com. plu-

rim. Mart. extra temp.

Pasch. Fratres debitores .

In secunde Nocturno .

Lectio IV.

VEnántius, Camers, quíndecim annos natus, cùm Christiánæ Religiónis accusaréatur apud Antiochum, qui sub Décio Imperatóre Came-rino præerat, in porta civitatis Præsidi se ób-tulit, quem ille polli-citatióibus ac terró-ribus diu tentátum, flagris cædi, & vinculis astringi jussit s. Sed iis mirabiliter ab Angelo solútus, lam-pádibus póstea adúri-tur, atque invérso ore, fumo suppósito, sus-pénditur. Ejus cons-tántiam in torméntis demirátus Anastásius Corniculárius, & quòd eum ab Angelo iterum solútum cándidâ veste suprà fumum ambulán-tem vidísset, in Chri-stum crédidit, & à Beá-

to Porphyrio Presby-tero, cum família bap-tizátus, paulò post martyrii palmam cum eódem proméruit.

¶. Lux perpétua lu-cébit sanctis tuis, Dó-mine: * Et ætérnitas témporum, alleluia, alleluia.

¶. Lætitia sempitér-na erit super cápita eó-rum: gaúdium & exul-tatióнем obtinébunt. Et ætérnitas.

Lectio V.

AT Venántius Præsidi sistitur, & ab eo iterum frustrà tentátus, ut Christi fidem deséreret, in cár-cerem conjicitur, quòd Attalus Præco mitti-tur, qui ei dicat se quoque Christiánum fuisse, & ei nómini proptérea renunciásse, quòd cognovisset inán: esse fidei commén-

tum, quo Christiani præsentibus se abdicant ob vanam futurorum spem. Verum nobilis Christi Athleta, callidi hostis insidias non ignorans, diaboli ministrum a se penitus rejicit. Quare ad Praesidem iterum adducto, omnes contusi sunt dentes, maxillæque confractæ, atque ita cæsus in sterquilinum dejicitur. Sed inde ab Angelo quoque eruptus, rursus stetit ante Judicem, qui Venantio adhuc loquente, è tribunali cecidit, & in eâ voce: Verus est Venantii Deus, nostros Deos destruite, exclamans, expiravit.

R. In servis suis, alleluia: * Consolabitur Deus, alleluia.

V. Judicabit Dominus populum suum, &

in servis suis. Consolabitur.

Lectio VI.

Quod cum Praesidi nuntiatum esset, extemplò Venantium leonibus objici jussit, qui naturali feritate omisssâ, ad ejus se pedes abjecerunt. Interim ille populum, Christi fidem edocebat: quare inde amotus, iterum in carcerem trahitur, cumque postridiè Praesidi referret Porphyrius se per visum noctu populos, quos Venantius aquâ tingebat, clarissimâ luce fulgentes, ipsum verò Praesidem obscurissimâ caligine operatum vidisse; Praeses irâ incensus, eum illicò capite plecti imperat; deinde Venantium per loca vepribus & carduis consita trahi usque

que ad vésperam. Iscùm semiánimis relictus es-
set , manè se iterùm Præsidi præsentávit , cujus jussu statim è ru-
pe præcipitátur ; sed inde étiam divinitùs eréptus , dénuò per loca áspera ad mille passus trahitur , ubi mi-
litibus siti æstuantibus , in próximâ conválle , ex lápide in quo & génum formam reli-
quit , sicut étiam nunc in ejus Ecclésia vidé-
re licet , Crucis signo à Venántio facto , a-

quæ manárunt. Eo miráculo plures permoti , in Christum credidérunt ; quos omnes Præses eò loci unà cum Venántio cápite feriti jussit. Fulgura , & terræ motus eo tém-
pore ita magni fuére , ut Præses aufugeret ; qui paucis tamen post

diébus , divinam haud valens effugere justi-
tiam , turpissimam mor-
tem oppétit. Chris-
tiáni interim , Venán-
tii , & aliórum córpo-
ra , honorífico loco sepeliérunt , quæ Ca-
meríni in Ecclésia Ve-
nántio dicáta , cóndi-
ta adhuc sunt.

R. Filiæ Jerúsalem , venite , & vidéte Már-
tyres cum corónis , qui-
bus coronávit eos Dó-
minus : * In die solem-
nitatis & lætitiæ , alle-
lúia.

V. Qóniam confor-
távit teras portárum tuárum , benedixit fi-
lios tuos in te. In die Glória Patri. In die.

In III. Nocturno.

Homilia in Evang.
Ego sum vitis vera , &c. *ut in Commun.*
Martyr. temp. Pasch.
9. Lect. fer. & in Laud.

com. ejusd. si venerit tempus Paschale, præter in fer. 2. & 4. Rogat. supradict.

Missa, Protexisti me Deus, &c. De Comm. Martyr. temp. Paschal. *In III. Noct. Homilia in Evang. Si quis venit, &c.*

Si celebretur extra tempus Paschale omnia dicuntur ut in Comm. Martyr. non Pont. cum unius Martyr. extra Evang. Si quis venit.



DIE XX. MAII.

IN FESTO SANCTI HILARII
Episcopi Tolosani & Confessoris,

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter hæc quæ sequuntur.

ORATIO.

O Mnipotens sem-
pitérne Deus, qui Beárum Hilárium
Confessórem tuum at-
que Pontíficem, no-
bis ætérnæ salútis de-
disti ministrum: quæ-

sumus, ut ejus suffra-
gántibus méritis, pie-
tatis tuæ grátiam con-
sequámur. Per Dómi-
num nostrum.

In primo Nocturno
Lect. de Script. occurrit.
In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Hilarius Tolosanus Civitatis Episcopus, vitae sanctitate conspicuus fuit & celebris. Sancti Saturnini primi Antistitis Tolosani ac Martyris recordatione & studio tantoper capiebatur, ut post multum temporis, ab obitu Sancti Saturnini Pontificalis dignitatis insignia gestans, quod minus decorum videbatur hominibus, a Deo tamen honoratum Saturnini corpus, ipse Hilarius summo in honore habuerit, haberique voluit a populo Tolosano sibi credito & commendato.

Bz. Inveni David ser-
vum meum, oleo sancto
meo unxi eum: * Man-
us enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

¶. Nihil proficiet ini-
micus in eo, & filius
iniquitatis non nocé-
bit ei. Manus enim
mea.

Lectio V.

Quamobrem cum ipsius reliquiae sub terram defossae, multis annis delituent, tanti Martyris sanctitatem miratus Hilarius, quod nullus ante tentare ansus fuerat, ipse agressus est. Terram enim effodi ad ligneum usque sepulchrum Sancti Saturnini mandavit: ejus tamen sanctum corpus commovere non ausus, lateritio opere, forniciis instar, ambiri tumulum curavit, & ad excrandam populi pietatem. juxta sancti Martyris reliquias, aediculam ligneam, orationis gratia superne exstruxit,

Pij

R. Pósui adjutórium
super poténtem , &
exaltávi éléctum de
plebe mea : * Manus
enim mea auxiliábitur
ei , allelúia.

V. Invéni David ser-
vum meum , óleo sanc-
to meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectio VI.

TAndem Hilárius
Pastoráli múnere
diligénter perfunctus ,
vitâ mortáli simul de-
functus est. Cujus sanc-
tum corpus anno du-
centésimo suprà mil-
lésum , apud Sancti
Saturnini fanum , in
lapideo túmulo repér-
tum est , ubi rursus cón-
ditum est , & trecéntis
póstea & septémdicim
annis invéntum in eó-
dem túmulo planè in-

tegrum ; & quod stu-
péndum est , nullo
squalóre óbsitum , sed
ita luminósū & ful-
gidum , ut hoc pro
summo miráculo om-
nes veneraténtur.

R. Iste est qui ante
Deum magnas virtutes
operátus est , & omnis
terra doctrinâ ejus re-
pléta est: * Ipse intercé-
dat pro peccátis óm-
nium populórum , al-
lelúia.

V. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi ,
& pervénit ad cœlestia
regna. Ipse intercédat.
Glória Patri. Ipse in-
tercédat.

*In tertio Noct. Hom.
in Evang. Vigilare. De
Communi Conf. Pont
Missa. Sacerdótes
tui , &c.*

DIE XXV. MAII.

*IN FESTO SANCTÆ MARIÆ
Magdalena de Pazzis Virginis,*

Semiduplex.

*Omnia de Commun. Virg. præter hæc quæ
sequuntur.*

ORATIO.

Deus Virginitatis amator, qui Beátam Mariam Magdalénam Virginem, tuo amore succénsam, cœlestibus donis decorásti; da ut quam festivâ celebritate venerámur, puritatem, & charitatem imitémur. Per Dóminum nostrum, &c.

*Lect. i. Noct. de
script. occurrente.*

In secundo nocturno.

Lectio IV.

Maria Magdaléna illustriori Pazziorum génere Florentiæ nata, ferè ab incunabulis iter perfectionis arripuit. Decennis perpétuam virginitatem vovit, susceptaque hábitu in Monastério Sanctæ Mariæ Angelorum, Ordinis Carmelitarum, se omnium virtutum exemplar exhibuit. Adeò casta fuit, ut quidquid puritatem lädere potest, penitus ignorat.

verit. Quinquennium, Deo jubente, solo pane & aquâ transégit, excéptis diébus Domini nicis, quibus cibis quadragesimálibus vescetur. Corpus suum cilicio, flagellis, frigore, inédiâ, vigiliis, nuditate, atque omni pœnárum génere cruciabat.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter déxtera tua.

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prósperè procéde, & regna. Et deducet te.

Lectio V.

Tanto igne divini amoris æstuabat, ut eo fendo impar, ingéstâ aquâ pectus refrigerare cogeretur. Extra sensus frequénter rapta, diutür-

nas & admirabiles éxtases passa est, in quibus, & arcána cœlestia penetrávit, & eximiis à Deo gratiis illustrata fuit. His autem munita, longum certamen à principibus tenebrarum sustinuit, árida, desolata, ab omnibus derelicta, variisque tentationibus vexata, Deo sic permittente, ut invictæ patientiæ ac profundissimæ humilitatis exemplar præbéret.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio VI.

Charitatē erga proximum singuláris

ter enituit; nam sæpè noctes ducébat insomnes, vel obeúndis Sorrórum ministériis, vel inserviéndo infirmis occupáta, quarum aliquando úlcera lambens sanávit. Infidélium, & peccatórum perditionem amarè deflens, se ad quælibet pro illórum salúte torménta parátam offerébat. Multis ante óbitum annis, univérsis cœli deliciis, quibus copiósè affluébat, heróicâ virtute renúntians, illud frequénter in ore habébat: Pati non mori. Tandem longâ & gravissimâ infirmitaté exhaústa, transivit ad Sponsum, die vigésimâ quintâ Maii, anno millesimo sexcentésimo séptimo, expléto anno quadragésimo primo ætatis suæ. Eam

multis in vita & post mortem miraculis claram Clemens Nonus Sanctarum Virginum número adscriptus, cuius corpus in præséntem diem incorruptum conservatur.

Bz. Afferéntur Regi virgines post eam, proximæ ejus: * Afferéntur tibi in lætitia & exultatione.

Y. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prósperè procéde & regna. Afferéntur tibi. Glória Patri. Afferéntur.

In tertio Nocturno.
Hom. in Evang. Si-
mile est Regnum Cœ-
lorum decem Virginib-
us, cum nona Lect.
de S. Urban. Pp. &
Mart.

*Missa, Dilexisti jus-
titiam, &c. de Com-
mun.*



D I E X X X I . M A I I .

*I N F E S T O S A N C T I S I L V I I ,
Episcopi Tolosani & Confessoris ,*

Duplex.

*Omnia de Comm. Conf. Pont. præter hæc que
sequuntur.*

O R A T I O .

DA, quæsumus, omnipotens Deus, ut Beati Silvii Confessoris tui atque Pontificis veneranda Solennitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum, &c.

In primo Nocturno.

Lect. de Script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

SIlvius Episcopus Tolosanus Beati Hilarii antecessoris sui præclaris vestigiis in-

sistens, suum, populiique studium erga sanctum Pontificem Saturninum fovit plurimum ac promovit. Cum enim animadverteret frequenter fideliū sepulchra juxta Sancti Saturnini sepulchrum extrui, veritus ne post tempus aliquod, praeferebat sepiulchrorum multitudine, dubii aliquid suboriri posset de ipsius Sancti Saturnini sepulchro; secum seriatim de exportandis atque alibi honorificentibus

notificéntius collocándis tanti Mártiris reliquiis cogitare cœpit.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliábitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim mea.

Lectio V.

QUapropter coactervátis, & colléctis úndique multis pecúniis, magnis sump-tibus & impénsis, Tem-pli Tolosáni, non quæle nunc est, nam pos-terioribus sæculis in hanc magnitudinem, in qua cérritur, ex-tructum est; sed qua-liscunque fundaménta jecisse dicitur, & ex parte ædificásse. Ad

fastigium tamen per-ducere non pótuit morte intercéptus & quare illud inchoátum, suo successóri perficiéndum reliquit. Is fuit sanctus Exupé-rius, qui Templum il-lud, non modò absól-vit, sed in illud étiam Sancti Saturníni beáta pignora, magna cum veneratióne deportán-da curávit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliábitur ei.

V. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio VI.

TPsíus Silvii túmu-lus, in prænominá-to Templo, non pau-cis post sæculis repér-

Q

tus est , anno scilicet seu sacello subest.
 millésimo ducentésimo R. Iste est , qui ante
 sexagésimo - quinto , Deum magnas virtutes
 Nonis Octóbris. In- operatus est , & omnis
 vénta quoque sunt in terra doctrinâ ejus re- pléta est : * Ipse inter-
 eódem loco sepúlchra Sancti Pápuli Márt- cédat pro peccátis óm-
 ris , & Sanctórum Ho- nium populórum.
 noráti & Hilárii Tol- y. Iste est qui con-
 sanórum Antistitum. témpsit vitam mundi ,
 Ex illis tunc educta & pervénit ad cœlestia
 sunt horum quátuor regna. Ipse intercédat.
 Sanctórum cōpora , Glória Patri. Ipse in-
 & in monuméntis áliis , tercédat.
 extra humum effóssam
 supériùs excitatis com-
 pósita , in ea Templi
 parte , quæ Sancti Sa-
 turnini monuménto

*In tertio Noct. Hom.
 in Evang. Homo pé-
 regré , de Communi
 Conf. Pont.*

Missa. Státuit , &c.



DIE X. JUNII.

*IN FESTO SANCTÆ MARGARITÆ
Scotorum Reginæ,*

Semiduplex.

*omnia de Commun. nec Virginis nec Martyris,
preter hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

DEUS, qui beatam Margaritam Scotorum Reginam eximiâ in pauperes charitate mirabilem effecisti; da ut ejus intercessione & exemplo tua in cordibus nostris charitas juciter augeatur. Per Dominum nostrum, &c.

*Lect. primi Noct. de
Script. occurrente.*

In secundo nocturno.

Lectio IV.

MArgarita Scotorum Regina, Pa-

terno Angliæ Regum, Materno Cæsarum sanguine clarissima, illustrior adhuc fuit Christianâ virtute. Hæc in Hungaria nata, ubi Pater tunc temporis exulabat, post exactam summa cum pietate puerilem ætatem, unâ cum Genitore, qui à Sancto Eduardo Patruo Anglorum Rege ad paterni Regni fastigium vocabatur, in Angliam venit: Mox alternante Paréntum fortunâ, ex Angliæ Qij

littore solvens, vi tempestatis expulsa, seu verius Divinæ Providentiæ consilio deduxta est in oram maritimam Scotiae. Ibi cum ex Matris imperio Malcholmo Tertio Scotorum Regi egregiis ejus dottibus capti nupsisset, sanctimoniæ ac pietatis operibus, triginta quibus regnavit annis, toti Regno mirificè profuit.

*R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter de cetera tua.*

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prósperè procéde, & regna. Et deducet.

Lectio V.

In ter regales delicias corpus afflictionibus ac vigiliis macerans, magnam noc-

tis partem piis precatiōnibus extrahébat. Præter alia jejūnia, quæ idētidem usurpabat, integras quadraginta dies ante Natalitia Festa, tanta cum severitate jejunare consuēvit, ut nè in gravissimis quidem doloribus intermiserit. Divino cultui addictissima, Templa plūrima & Cœnobia partim ex integrō excitavit, partim resarcivit, & sacrâ supelléctili, ac largo censu ditavit. Regem conjugem ad meliorē frugēm, & ad similia suis exercitatiōnibus ópera saluberrimo exemplo traduxit, liberosque omnes tam sancte & feliciter educavit, ut eorum plerique, quemādmodum & Agatha Mater, & Christina soror, sanc-

tissimum vitæ genus ampléxi sint. Univérsi demùm Regni felicitati cónsulens, à vitiis omnibus, quæ furtim irréperant, pôpulos expurgávit, eisque mores christiánâ pietate dignos restituit.

Rg. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Proptéreà unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Proptéreà.

Lectione VI.

Nihil tamen æquè in illa mirabile fuit, ac flagrantissima cháritas erga próximos, præsertim egéños, quorum numerosis grégibus non modò stipem áffatim suppeditare, verùm etiam trecéntis quotidie maternâ benignitate dapes præbē-

re flexis génibus in morem ancillæ ministrare, régiis mánibus pedes ablucere, & preissis etiam osculis úlcera fovére, solémne hábuit. His porrò aliisque piis sumptibus, non régias tantum vestes, & pretiosa monilia distráxit, sed ipsum non semel exhausit Ærárium. Toleratis demum ad patientiæ miraculum acerbissimis dolóribus, ánimam semestri corporis ægroratiōne purgátam Auctori suo, quarto Idus Júnii redidit. Quo temporis moménto, fácies ejus diuturni morbi mácie ac pallore foedáta, insólita quādam venustate reflóruit. Miris etiam post mortem prodigiis clara, & Clementis décimi autoritatem in Scótiae Patrō-

nam accépta , ubique
terrárum religiosissimè
cólitur.

R. Fallax grátia , &
vana est pulchritúdo : *
Múlier timens Deum
ipſa laudábitur.

V. Date ei de fructu
mánuum suárum , &

laudent eam in portis
ópera ejus. Múlier.
Glória Patri. Múlier.

In tertio Nocturno.
Homil. in Evangel.
Simile est regnum Cœ-
lorum theſaúro , ut in
Communi non Virgi-
num.

DIE XIV. JUNII.

*IN FESTO TRANSLATIONIS
Sancti Exuperii Episcopi Tolosani & Confess.*

Duplex.

*omnia de Communi Confess. Pontif. præter hac
quæ sequuntur.*

O R A T I O .
EXaudi , quæſu-
mus , Dómine ,
preces noſtras , quas
in Beati Exupérīi Con-
fessoris tui atque Pon-
tificis ánnua reliquiā-
rum Translationē defé-
timus : & qui tibi dig-

nè mérit famulári ,
ejus intercedéntibus
méritis , ab ómnibus
nos absolve peccátis.
Per Dóminum , &c.

*In I. Nocturno Lect.
de script. occurr.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Exupérius Tolosanus Antistes, Beati Hieronymi præconiis nunquam satis laudatus, cùm ab æstu curárum sæculárium, ad solitúdinis quiétem se contulisset, Blagnaci, quod est propè Tolosam, morbo labórans, ántequām mater, quam æger venire rogáverat, Blagnacum attingeret, emisit spíritum; quæ cùm anili gradu ad filium ire festinat, Exupérii ánimam inter choros Angelórum sursùm ascendéntem videt.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non no-

cébit ei. Manus enim.

Lectio V.

Mater igitur cùm filium vitâ functum invenisset, eum Blagnaci sepelivit, ubi cùm per centum círciter annos jacuisset, de Exupérii sepulchro nullum amplius verbum siébat, donec in eo loco domunculam ædificavit agricola quidam, in qua cùm de nocte inter dormiendum, semel, iterum, ac tértiò móntus esset, quamprimum de lecto surgeret: nefas enim illi erat ibi decúmbere ubi Beati Exupérii osfa veneranda requiescerent. Quare expérctus, cum festinatione Tolosam próperat, Cleroque quid contigerit enárrat.

R. Pósui adjutórium super poténtem, &

exaltávi éléctum de beneficíi Tolosános
plebe mea : * Manus Cives aliquando cá-
enim mea auxiliabitur peret oblívio , ánnuæ
eti. Translationis festo die

memóriam illius reno-
vári jussérunt Tolosá-
ni Præsules.

V. Invéni David ser-
vum meum: óleo sanc-
to meo unxi eum. Mā-
nus enim.

Lectio VI.

Non contempse-
runt hanc visió-
nem Sancti Saturnini
Cœnobitæ , qui mag-
no pôpuli concûrsu
supplices ad locum ac-
cédunt , humum effo-
diunt ; Exupérii sa-
crum còrpus invéntum
sublime tollunt ; To-
lósam , códem pôpulo
frequénti comitânte ,
depórtant , illúdque
honorificentiōri túmu-
lo , cum hymnis &
laúdibus recóndunt.
Quamóbrem nè tanti


R. Iste est qui ante
Deum mágna virtútes
operátus est , & omnis
terra doctrinâ ejus re-
pléta est : * Ipse inter-
cédat pro peccátis óni-
num populótum.

V. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi ,
& pervénit ad cœlestia
regna. Ipse intercédat.
Glória Patri. Ipse in-
tercédat.

In tertio Nocturno.

Hom. in Evang. Ho-
mo péregrinè , de Com-
Conf. Pont.

Missa, Státuit, in qua
dicitur Credo.



D I E V I I . J U L I I .

*IN FESTO SANCTI MARTIALIS
Episcopi & Confessoris,*

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter hæc
quæ sequuntur.*

O R A T I O. **D**A, quæsumus, omnipotens Deus ; ut Beati Martialis Confessoris tui atque Pontificis veneranda Solennitas ; & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum , &c.

In I. Nocturno Lect. de Scriptura occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

MArtialis Christi discipulus, Protomartyris Stéphani perhibetur consanguí-

neus ; à Petro Apóstolo baptizatus , cum eo Romanum profectus , ab eodem missus in Gállias cum Alpiniáno , & Austricliniano , Lemovicis Pónifex sedit. Eam ingrüssus civitatem , phrenético mentem restituit , Suánnam ac Valériam ejus filiam , cum aliis sexcentis ad Christum adduxit. Quarum gratiâ cùm in Gentilium invidiam & ódium incurisset , multis verbéribus affectus , trudi-

R

tur in cárcerem. Sed ex eo liberátus ab Ángelo, sacrificulis idólorum de cœlo tactis, duódecim hóminum millia baptísmum suscepérunt.

R. Invéni David ser-vum meum, óleo sanc-to meo unxi eum : * Manus enim mea au-xiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus in eo, & fi-lius iniquitatis non no-cébit ei. Manus enim.

Lectio V.

Non modò Lemovicénibus Martiális, sed Tolosánis, Burdigalénibus, Ca-dúrcis, & áliis, qui à Rhódano flúmine in Océanum vergunt Pó-pulis beneficia salútis & sanitatis præstítit. Unde váriis Concíliis, ac summi Pontíficis etiam oráculo, nomen

Apóstoli affecútus est, in Aquitánia præsér-tim, in qua multos Episcopátus dispósuit. Virgini quippe Dei parénti Arvénam, Val-lavénsem, Gabalitá-nam atque Ruthenén-sem Ecclésiam : Sté-phano Mártirum pri-micério, Tolosánam, Bíturicénsem, Petracoricénsem, Cadurci-nam, Aginnénsem, ac Lemovicénsem : Petro Apóstolórum Príncipi Piétavénsem, Xanto-nénsem, & Engolis-ménsem : Andréx Apóstolo Burdigalén-sem dedicásse fertur, & Sancti Stéphani To-losánam ædem ejúsdem Protomártiris sanguine consecrásse.

R. Pósui adjutórium super poténtem, & exaltávi éléctum de plebe mea : * Manus

enim mea auxiliabitur ei.

¶. Invéni David ser-
vum meum, óleo sanc-
to meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectio VI.

Sanctæ Valériæ Le-
movicénsi Puéllæ
virginitatē persuasit,
cujus gratiâ cùm fuisset
cápite minuta, ca-
put abscissum ad Martiálem Missæ sacrifi-
cium celebrantem dé-
tulit ipsa Virgo. Ad
Tolosános & Burdi-
galénses Epistolæ nō-
mine Martialis circum-
feruntur. Nudis pédi-
bus, comitatus Ange-
lis, incedébat, pane
& aquâ vitam tolerá-
bat, Petrum Apósto-
lum æmulátus. Vivén-
di finem fecit tertio

Vespasiáni anno, Chris-
ti autem septuagésimo
quarto. Is puer suisse
perhibétur, de quo An-
dréas Chrito pronun-
ciávit: Est puer h̄ic
habens quinque panes
& duos pisces.

¶. Iste est, qui ante
Deum magnas virtutes
operatus est, & omnis
terra doctrinâ ejus re-
plêta est: * Ipse inter-
cédat pro peccatis óm-
nium populórum.

¶. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi,
& pervénit ad cœlestia
regna. Ipse. Glória
Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evangel.
Homo peregrinè, ut in
Comm. Conf. Pont.

Missa, Státuit.

DIE VIII. JULII.

*IN FESTO SANCTÆ ELIZABETH
Reginæ Portugalliae, Viduæ,*

Semiduplex.

*Omnia de Commun. nec Virg. nec Mart. præter
hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

CLEMENTISSIME Deus, qui Beátam Elizabeth Reginam, inter cæteras egrégias dotes, belli- ci furoris sedándi prærogativâ decorásti: da nobis ejus intercessio- ne, post mortális vi- tæ, quam suppliciter périmus, pacem, ad æterna gaudia perveni- re. Per Dóminum nos- trum, &c.

In primo Nocturno.

Lect. de Com. Mulierem fortem.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

E Lizabeth Aragó-
niæ Régibus orta
Christi anno millési-
mo ducentésimo sep-
tuagésimo primo, in
præfagiū futuræ sanc-
timóniæ, paréntes,
præter morem, relic-
to matris aviæque
nómine, à magna ejus
matértera, Thuringiæ
dómina, sancta Eliza-
betha, in baptismo
nominátam voluérē.
Ubi nata est, statim
páuit, quām felix

regum regnorūmque
esset futura pacatrix :
natalitia enim lātītia
perniciōsas avi patrīs-
que dissensōnes in con-
cōrdiam convērtit. Pa-
ter verò crescētis pōs-
teà filiæ admiratus in-
dolem, affirmabat fore
ut una Elizabeth reli-
quas Aragoniōrum ac
Regum sanguine créa-
tas fœminas virtute
longè superāret. Sic
cælestem ipsius vitam
in contemuéndo cōr-
poris ornātu, in fu-
giēndis voluptatibus,
in jejuniis frequentan-
dis, in divinis préci-
bus assiduè recitāndis,
in charitatis opēribus
exercēndis venerātus,
retum suārum regni-
que felicitatē, unius
filiæ méritis referēbat
accéptam. Tandem
ubique nota, & à mul-
tis Princípibus exop-

tata, Dionysio Lusitá-
niæ Regi Christiánis
cæremóniis ritè est in
matrimónium collocá-
ta.

R. Propter veritatēm
& mansuetudinem, &
justitiam : * Et dedū-
cet te mirabiliter déx-
tera tua.

V. Spécie tuâ & pul-
chritudine tuâ, intén-
de, prósperè procéde,
& regna. Et deducet.

Lectio V.

Juncta conjugio,
non minorem ex-
colēndis virtutibus,
quam liberis educān-
dis óperam dabat, vi-
ro placere studens, sed
magis Deo. Médiam
ferè anni partem solo
pane tolerabat & aquâ,
quæ in quodam ejus
morbo divinitus, ver-
sa est in vinum, cùm
id à médicis præscrip-
tum bibere recusasset.

Paúperis fœminæ ulcus
horréndum exosculá-
ta , derepente sanavit.
Pecúnias paupéribus
distribuéndas , ut re-
gem latérent , hibérno
témpore in rosas con-
vértit. Virginem cæ-
cam à nativitatē illu-
minavit ; multos solo
Crucis signo à graví-
simis morbis liberavit ,
plúrima id genus mi-
rácula patravit. Mo-
nastéria , collégia , &
templa non modò ex-
trúxit , sed etiam magni-
ficè dotavit. In Re-
gum discórdiis compo-
nendis admirabilis fuit ;
in privatis publicisque
mortálium sublevandis
calamitatibus indefé-
sa.

R. Dilexisti justitiam,
& odisti iuiquitatem :
* Proptéreà unxit te
Dens , Deus tuus óleo
lætitiae.

V. Propter veritatem ,
& mansuetudinem , &
justitiam. Propterea.

Lectio VI.

Defuncto Rege
Dionysio , sicut
virginibus in prima
ætate , in matrimonio
conjúgibus , ita víduis
in solitúdine , fuit óm-
nium virtútum exém-
plar. Illicò enim reli-
giónis Sanctæ Claræ
vestibus induta , régio
funeri constanter in-
téfuit , ac paulò post
Compostéllam profi-
ciscens , multa ex ho-
losérico , argénto , au-
ro gemmisque doná-
ria pro Regis áнима
óbtulit. Inde revérsa
domum , quidquid sibi
charum aut pretiósū
supérerat , in sacros ac
pios usus convértit :
absolvendóque suo ve-
rè régio Conimbricén-
si Virginum cœnobio ,


aléndis paupéribus , & protegéndis víuis , defendéndis pupíllis , & miseris ómnibus ju-vándis inténta , non sibi , sed Deo , & mortálium ónnium cómmodis vivébat , Reges duos , filium , & génerum pacificatúra , Stre-mótium nóbile óppidum véniens , morbo ex itinere contrácto , ibidem à Virgine Deípara visitáta , sanctissimè óbiit , anno millésimo trecentésimo trigésimo sexto , die quartâ Júlli. Post mortem multis miráculis cláruit , præfertim suavissimo córporis jam per annos ferè trecéntos incorrúpti odore : semper etiám Reginæ sanc-

tæ cognoménto célebris ; tandem anno Ju-bilæi , & nostræ salutis millésimo sexcentésimo vigésimo quinto , totius Christiáni orbis concúrsu & appláusu , ab Urbáno octávo titè inter Sanctos adscrip-ta est.

R. Fallax grátia , & vana est pulchritúdo : * Múlier timens Deum , ipsa laudábitur.

V. Date ei de fructu mánuum suárum , & laudent eam in portis ópera ejus. Múlier timens. Glória Patti. Múlier timens.

In tertio Nocturno.
Homil. in Evang. Si-mile est regnum cœlorum theláuro , ut in Com. non Virg.



DIE X V. JULII.

*IN FESTO SANCTI HENRICI
Imperatoris, Confessoris,*

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. non Pontif. præter
ea quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui hodiér-
nâ die Beátum
Henticum Confessó-
rem tuum, è terréni
cúlmine Impérii, ad
regnum ætérnum trans-
tulisti : te supplices
exorámus ; ut sicut il-
lum, gratiæ tuæ uber-
tate prævénatum, illé-
cebras sæculi superáre
fecisti, ita nos fácias,
eius imitátiōne, mun-
di hujus blandiménta
vitare, & ad te puris
mémentibus pervenire.
Per Dóminum nos-
trum, &c.

*In primo Nocturno,
Lect. de Script. occurrit.*
In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Henrícus, cogno-
ménto Pius, è
Duce Bavariæ Rex
Germániaæ, ac póst-
modùm Romanórum
Imperátor, temporális
regni non conténtus
angustiis, pro adipiscénda
immortalitatis
coróna sédulam ætér-
no Regi exhibuit ser-
vitútem. Adépto enim
império, religióni am-
plificándæ studiósè in-
cúmbens,

cúmbens, Ecclésias ab Infidélibus destrúctas, magnificéntius reparávit, plurimisque largitionibus, & prædiis locupletávit. Monastéria, aliáque loca pia, vel ipse ædificávit, vel assignátis redditibus auxit. Episcopátum Bambergensem hæreditáriis ópibus fundátum, Beáto Petro Romanóque Pontífici vestigálem fecit. Benedic-tum octávum, à quo Impérii corónam acceperat, prófugum excepit, suæque Sedi restituit.

¶. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab inimícis, & à seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

¶. Justum deduxit Dóminus per vias rec-

tas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit,

Letio V.

IN Cassinénsi Monastério gravi detentus infirmitate, à Sancto Benedicto, insigni miráculo, sanátus est. Románam Ecclésiam amplissimo diplómate munératus, eidem tuéndæ bellum adver-sus Græcos fuscépit, & Apúliam diu ab illis posséssam recuperávit. Nihil sine précibus ággredi sólitus, Angelum Dómini, sanctosque Mártires tuteláres pro se pugnantes ante aciem interdum vidit. Divinâ autem protéctus ope, bárbaras natiónes précibus magis, quām armis expugnávit. Panóniam adhuc infidélem, tráditâ Stéphano Regi sorore suâ in

S

uxórem , eoque baptizato , ad Christi fidem perdúxit . Virginitátem , raro exémplo , matrimónio junxit , sanctámque Cunegúndam cónjugem suam , propinquis ejus , morti próximus , illibátam restituit .

R. Amávit eum Dóminus , & ornávit eum : stolam gloriæ induit eum : * Et ad portas paradisi coronávit eum .

V. Induit eum Dóminus lorícam fidei , & ornávit eum . Et ad portas .

Lectio VI.

D Enique rebus omnibus , quæ ad Impérii honórem & utilitátem pertinébant , summâ prudéntiâ dis pósitis , & illústribus per Gálliam , Itáliam , & Germániam , reli giosæ munificétiæ vel

vigiis pàssim relictis , postquàm heróicæ virtutis suavissimum odórem longè latéque diffuderat , sanctitáte quàm sceptro clárior , ad regni cælestis præmia , consummatis vitæ labóribus , à Dómino vocátus est , anno salutis millésimo vigésimo-quarto : cùjus corpus in Ecclésia beatórum Apostolorum Petri & Pauli , Bambérge conditum fuit , statimque ad ejus tumulum multa miracula , Deo ipsum glorificante , patrata sunt , quibus póstea ritè probatis , Eugénius tertius Sanctorum numero illum adscrispsit .

R. Iste homo perfecit ómnia quæ locútus est ei Deus , & dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : * Quia

te vidi justum coram Glória Patri. Quia te
me ex ómnibus génti- vidi.
bus.

V. Iste est qui con- In tertio Nocturno,
témpsit vitam mundi , Homil. in Evang. Sint
& pervénit ad cœlestia lumbi vestri præcincti.
regna. Quia te vidi. de Communi Confess.
non Pont.



DIE XX. JULII.

IN FESTO SANCTÆ MARGARITÆ
Virginis & Martyris,

Semiduplex in Diœcesi Tolosana.

Omnia de Communi Virg. & Mart. præter
hæc quæ sequuntur.

ORATIO.

I N dulgentiam no-
bis, quæsumus, Dó-
mine, Beata Margarita Virgo & Martyr
implóret : quæ tibi
grata semper éxitit,
& mérito castitatis, &
tuæ professiōne virtuti-
tis. Per Dóminum.

Lect. I. Noct. de

script. occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

M Argarita, quæ
& María, Antíochiæ Pisidiæ, Patre
Edésio idolorum Sa-
cerdote nata, à téne-
ris annis Christianæ
religiōni addicta, bap-
tizata est. Quæ cum
S ij

eximiae esset pulchritudinis, à Præfecto Olybrio adamatur. Cumque eam sibi sisti jubéret, ita illam aliquid loquitur: Tuum nobis, puella, & nomen, & religionem edicito. Tum illa: Margarita, inquit, vocor; génere sum nobilis, religione Christiana.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dexter tua.

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, inténdé, prósperè procéde, & regna. Et deducet te.

Lectione V.

AT Præses: Duo prima convenientia sunt, tertium verò absurditas est. Nam quid stultius, quam ut Deum sibi quis faciat crucifi-

xum? Ad hæc Virgo: Unde, dic, oro, didicisti Dóminum Iesum fuisse crucifixum? Tum præses: ex libris Christianorum. Cui Margarita: Quænam verecúndia est, ut cùm in eisdem libris legatur & pœna Christi, & glória, alterum credatis, alterum respuatatis?

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectione VI.

HIRÀ accénsus Præfctus, vária tormentorum genera in sancto illo corpúsculo consumpsit. Primùm enim

virgis cæsam , deinde
úngulis fossam , in cár-
cerem trudi jubet , ubi
& spæctro dæmonis ,
formâ terrifaci dracó-
nis appétitur : sed ad
signum Crucis tota vis
diáboli prostérnitur.
Prodúcitur iterùm Vir-
go , & cùm in confes-
sione fidei constántior
perseveráret , ardénti-
bus fácibus látera ejus
exuruntur. Denique
multis superátis tor-
ménxis , truncáto cá-
pite , victórem per tot
corónas spíritum , cœ-
lum excépit.

Rg. Afferéntur Regi Spécie tuâ.



¶. Spécie tuâ & pul-
chritúdine tuâ , intén-
de , prósperè procéde
& regna. Afferéntur
tibi. Glória Patri. Af-
feréntur tibi.

In tertio Nocturno.

Homil. in Evangel.
Simile est regnum cœ-
lorum thesaúro , &c.
de Communi non Virg.

In secundis vesp.
commem. S. Praxedis
Virg.

Ant. Simile est. **¶.**



DIE III. AUGUSTI.

*IN FESTO INVENTIONIS
Sancti Stephani Protomartyris,*

Duplex 1. claf.

Omnia ut in Briviario Romano.

*Ad Matutinum, In-
vitator. Regem Proto-
mártiris Dóminum : *
Venite adorémus.* S. Dominici Conf.
DIE IV. AUGUSTI.
*In 2. vespéris Ant.
Lapidavérunt, cum re-
liquis de Laud. Psalm.
Dixit Dóminus, cum
reliquis de Dominicá,
& loco ultimi Psalm.
Créddi.* Secundâ infra octa-
vam, fit Officium de
S. Dominico Conf. dup.
cum commém. oct.
DIE V. AUGUSTI.
*Quartâ infra octa-
vam, fit Officium de
Transfiguratione Do-
mini, dup. cum com-
mém. oct.*

*Capitulum Stépha-
nus autem. Hymn. Deus
tuórum. ¶ Stéphanus
vidit. Ad Magnif. ant.
Sepeliérunt. Orat. Da-
nobis. Deinde fit com.* DIE VI. AUGUSTI.
*Quartâ infra octa-
vam, fit Officium de
Transfiguratione Do-
mini, dup. cum com-
mém. oct.*

DIE VII. AUGUSTI.

Quintâ die infra octav. fit Offic. Semiduplex de Sancto Caïetano Confessore.

Omnia de Com. Conf. non Pont. præter hæc quæ sequuntur.

*Ant. ad Magn. in In secundo Nocturno.
utrisque vesp. Quæri- Lectio IV.*
te primùm Regnum Dei, & justitiam ejus,
& hæc ómnia adjicien-
tur vobis.

O R A T I O.
Deus, qui Beato Caïetano Confessori tuo Apostolicam vivendi formam imitari tribuisti; da nobis, ejus intercessione & exemplo, in te semper confidere, & sola cœlestia desiderare. Per Dóminum nostrum, &c.

*In 1. Noct. Lect. de
script. occurrit.*

CAïetanus nóbili Thienæâ gente Vicentiae ortus, statim à matre, Deiparæ Virgini oblatus est. Mira à téneris annis morum innocéntia in eo clúxit, adeò ut Sanctus ab omnibus nuncuparétur. Juris utriusque lauream Patavii adéptus, Romam proféctus est: ubi inter Prælatos à Júlio secundo collocatus, & sacerdótio initiatus, tanto divini amoris æstu succénsus est, ut

relictâ Aulâ , se totum
Deo mancipáverit.
Nosocómiis próprio
ære fundátis ; étiam
morbo pestilénti labo-
rántibus , suis ipse má-
nibus inserviébat. Pro-
ximórum salúti assiduâ
curâ incumbébat ; dic-
tus propterea Venátor
animárum.

¶. Honéstum fecit
illum Dóminus , &
custodívit eum ab ini-
micis , & à seductóri-
bus tutávit illum : * Et
dedit illi claritátem
ætérnam.

¶. Justum dedúxit
Dóminus per vias rec-
tas , & osténdit illi reg-
num Dei. Et dedit.

Lectio V.

Collápsam Ecclé-
siasticórum disci-
plinam ad formam
Apostólicæ vitæ ins-
tauráre desiderans ,
Ordinem Clericórum

Regulárium instituit ;
qui abdicátâ rerum
ómnium terrenárum
sollicitúdine , nec rédi-
ditus possidérent , nec
vitæ subsídia à Fidéli-
bus péterent , sed so-
lis eleemósynis sponte
oblátis viverent. Ita-
que approbánte Cle-
ménte Séptimo ad
Aram máximam Basí-
licæ Vaticánæ unà cum
Joánnе Petro Caráfa
Epíscopo Theatino ,
qui póste à Paulus Quar-
tus Póntifex Máximus
fuit , & áliis duóbus
exímia pietatis Viris ,
vota solémnia emisit.
In Urbis direptione à
militibus crudelissimè
vexátus , ut pecúniam
próderet (quam du-
dum in coélites thesaú-
ros manus paúperum
deportáverant) vérbe-
ra , torménta , & cár-
ceres invictâ patientiâ
sustinuit.

fusťinuit. In suscépto
vitæ instituto constan-
tissimè perseverávit ,
foli Divinæ providén-
tiæ inhærens, quam si-
bi numquam defuisse ,
aliquando mirácula
comprobárunt.

R. Amávit eum Dó-
minus, & ornávit eum;
stolam gloriæ induit
eum :* Et ad portas Pa-
radisi coronávit eum.

V. Induit eum Dómi-
nus loricam fidei , &
ornávit eum. Et ad
portas.

Lectio VI.

Divini cultūs stú-
dium , nitorem
domūs Dei , factōrum
Rituū observātiām ,
& sanctissimæ Eucha-
ristiæ frequentiōrem
usum máximè promó-
vit. Hæresum mons-
tra & látebras non
semel detéxit ac pro-
figávit. Oratiōnem ad

octo passim horas jugi-
bus lacrymis protrahé-
bat ; sæpè in extasi
raptus , ac prophétia
dono illústris. Romæ
nocte natalitiâ, ad præ-
ssépe Dómini infántem
Jesum accipere mé-
ruit à Deipara in ul-
nas suas. Corpus in-
tegras noctes intérduum
verberationibus affli-
gébat ; nec unquam
adduci potuit , ut vitæ
asperitatem emolliret :
testátus in cinere & ci-
licio velle se mori. Dé-
nique ex áimi dolore
concépto morbo, quod
offendi plebis seditiō-
ne Deum vidéret , cæ-
lésti visiōne recreátus ,
Neápoli migrávit in
cœlum : ibique corpus
ejus in Ecclésia Sancti
Pauli magnâ religiōne
cólitur. Quem multis
miráculis in vita &
post mortem glorió-

T

sum, Clemens Décimus Póntifex Máximus Sanctórum númerō adscripsit.

R. Iste homo perfecit ómnia quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi iustum corām me ex ómnibus géntibus.

X. Iste est qui contémptit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In III. Nocturno.
Léctio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Cap. 6.

Lectio VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis: Nemo potest duóbus Dóminis servire. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Sermone Domini in Monte,

Cap. 14.

Nemo potest duobus Dóminis servire. Ad hanc ipsam intentionem referendum est quod consequenter expónit, dicens: Aut enim unum ódio habébit, & alterum diligit: aut alterum patiétur, & alterum contémnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt: nam qui sint duo Dómini, deinceps osténdit, cùm dicat: Non potéstis Deo servire, & mammónæ. Mammóna apud Hebræos divitiæ appellari dicúntur. Cóngruit & Púnicum nomen, nam lucrum, Púnice mammón dicitur. Sed qui servit mammónæ, illi

Antique servit, qui rebus istis terrénis méri-
to suæ perversitatis præpositus, magistrá-
tus hujus sæculi à Dó-
mino dicitur. Aut
enim unum ódio ha-
bébit homo, & álte-
rum diliget, id est
Deum : aut álerum
patiétur, & álerum
contémnet. Patiétur
enim durum & perni-
ciósum dóminum,
quisquis servit mam-
mónæ : suâ enim cùpi-
ditaté implicátus sub-
ditur diábolo, & non
eum diliget : quis enim
est qui díligat diá-
bolum? Sed tamen pá-
titur.

R. Iste est, qui ante
Deum magnas virtutes
operátus est, & omnis
terra doctrinâ ejus re-
pléta est: * Ipse inter-
cédat pro peccatis óm-
nium populórum.

¶. Iste est qui con-
témpsit vitam mundi,
& pervénit ad cœlestia
regna. Ipse intercédat.

Lectio VIII.

I Deoque, inquit;
I dico vobis, non
habére sollicitúdinem
ánimæ vestræ quid
edáis, neque còpori
vestro quid induáis,
nè fortè, quamvis jam
supéflua non quærán-
tur, propter ipsa ne-
cessaria cor duplíceturs
& ad ipsa conqueréndā
nostra detorqueá-
tur inténtio, cùm áli-
quid quasi misericórdi-
ter operámur; id est,
ut cùm consúlere alicui
vidéri vólumus, nos-
trum emoluméntum
ibi pótius, quàm illius
utilitátem atten-
damus. Et ideo nobis
non videámur peccáre,
quia non supéflua, sed
necessaria sunt quæ

T ij

cónsequi vólumus.

R. Sint lumbi vestri
præcincti, & lucernæ
ardéntes in mánibus
vestris : * Et vos simi-
les homínibus expec-
tántibus Dóminum
suum, quando rever-
tátur à nuptiis.

V. Vigiláte ergo,
quia nescitis quâ horâ
Dóminus vester ven-
turus sit. Et vos simi-
les. Glória Patri. Et
vos similes.

*Lectio IX. de S. Do-
nato.*

D Onátus, parén-
tibus propter Je-
su-Christi fidem inter-
fécit, Attéritum in
Etrúriam cum Hilari-
no mónochó ex fuga
se cónculit: cujus étiā
urbis Episcopus creá-
tus est. Ubi cùm à
Quadratiáno Præfécto
in Juliáni persecutióne
utérque idóla venerári

juberétur, negántibus
illis se tam nefárium
scelus commissuros;
Hilarinus in óculis
Quadratiáni támdiu
fustibus cæsus est, dum
effláret ánimam: Do-
nátus veheménter &
ipse cruciátus, gládio
percússus est. Quorum
córpora à Christiánis
prope eam urbem ho-
norificè sepulta sunt.

Te Deum laudámus.
In Laudib⁹ ad Bened.

Ant. Nolite solliciti
esse, dicéntes: Quid
manducábimus, aut
quid bibémus? Scit
enim Pater vester,
quid vobis necéssē sit.

D I E V I I I.
A U G U S T I.

Sextâ infra octavam,
fit Officium de SS. Cy-
riaco, Largo & Sma-
ragdo Martyr. Semidu-
plex, cum commem.
octavæ.

DIE IX. AUGUSTI.

*Septimā infrà octāv. fit Officium de octava, ut in die, exceptis Lec-
tionibus.*

*In primo Nocturno.
Lect. de Script. occurrit.*

*In secundo Nocturno.
De libro Sancti Au-
gustini Episcopi de*

Civitāte Dei.

Lib. 22. cap. 8.

Lectio IV.

A Pud nos Irenæi cuiusdam Collectarii filius ægritudine extictus est; cùm que corptis jaceret, exâmine, atque aliis geméntibus & plan-
gentibus exequiæ pa-
raréntur, amicorum ejus quidam inter alió-
rum conclamantium verba suggéssit, ut ejusdem Mártyris óleo corpus perungerétur.

Factum est, & revixit.
Itémque apud nos vir

Tribunitius Eleuzinus super memóriam Mártyris, quæ in suburbáno ejus est, ægritudine exanimátum posuit infantulum filium suum; & post oratiōnem quam multis cum lácrymis ibi fudit, vi-véniem levávit. Quid faciam? Urget hujus óperis implénda promissio, ut non híc possim ómnia commemo-rare quæ scio: & procul dúbio plerique nostrorum cùm hæc le-gent, dolébunt me tam multa prætermis-
se, quæ útique mecum sciunt. Quos jam nunc ut ignoscant rogo: & cōgitent quām prolíxi labóris sit facere, quod me híc non facere suscep-ti óperis necéssitas cogit.

R. Lapidabant Stéphanum invocántem &

dicéntem : * Dómine Jesu - Christe , áccipe spíritum meum : & nè státuas illis hoc peccá-tum.

X. Pósitis autem gé-nibus , clamávit voce magnâ , dicens : Dó-mine.

Lectio V.

Nondum est au-tem biénnum , ex quo apud Hippónem régium cœpit es-se ista memória , & multis , quod nobis certissimum est , non datis libéllis de his quæ mirabiliter facta sunt : illi ipsi qui dati sunt ad septuaginta fermè nú-merum pervénerant quando ista conscripfi. Cálamæ verò ubi & ipsa memória priùs esse cœpit , & crébriùs dantur : incredibili multitudine súperant. Uzálí étenim quæ Co-

lónia Uticæ vicina est , multa præclára per cùmdem Mártyrem facta cognóvimus , cujus ibi memória longè priùsquam apud nos , ab Episco-po Evódio constituta est. Sed libellórum dandórum ibi consue-tudo non est , vel pótius non fuit : nam fortásse nunc esse jam cœpit. Cùm enim nu-per illic essémus , Pe-tróniam claríssimam fœminam , quæ ibi mi-rabiliter ex magno at-que diutúno , in quo Medicórum adjútoria cuncta defécerant , languore sanáta est , hortati sumus , volénte supradicti loci Episco-po , ut libéllum daret qui recitarétur in pô-pulo : & obedientissime páruit : in quo pô-suit étiam quòd híc re-

ticere non possum, quamvis ad ea quæ hoc opus urgent festinare compellat.

R. Impetum fecerunt unanimiter in eum, & ejecerunt eum extra civitatem, invocantem & dicentem: * Dómine Jesu, accipe spiritum meum.

V. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Sau-lus: & lapidabant Stephanum invocantem & dicentem: Dómine Jesu.

Lectio VI.

A Quodam Judæo dixit sibi fuisse persuasum ut annulum, capillatio vinculo insereret, quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur: qui annulus habéret sub gemma lapidem in rénibus

invéntum bovis. Hoc alligata quasi remédio, ad sancti Martyris limina veniébat: sed profecta à Carthágine, cum in confinio fluminis Bágradæ in sua possessione mansisset, surgens ut iter perágeret, ante pedes suos illum jacentem annulum vidit, & capillatiam zonam quâ fuerat alligatus mirata tentavit. Quam cum omnino suis nodis firmissimis, sicut erat, competisset astrictam, crepuisse atque exiliisse annulum suspicata est. Qui etiam ipse cum integrissimus fuisset inventus, futuræ salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit: atque illud vinculum solvens simul cum eodem annulo, projecit

in flumen. Non credunt hoc qui étiam Dóminum nostrum Je-sum Christum per intégra virginália matris enixum, & ad discípulos suos óstiis clausis ingréssum fuisse non credunt.

R. Impii super ius-tum jactúram fecérunt, ut eum morti tráde-rent: * At ille gaudens suscépit lápides, ut mererétur accípere corónam glóriæ.

Y. Continuérint au-res suas, & impetum fecérunt unanimiter in eum. At ille gaudens. Glória Patri. At ille.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 23.

Lectio VII.

IN illo témpore: di-cébat Jesus Scribis & Pharisæis: Ecce ego

mitteo ad vos Prophé-tas, & Sapiéntes, & Scribas; & ex illis occidétis & crucifigétis: & ex eis flagellábitis in Synagógis vestris. Et réliqua.

De Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

Ex Comment. in Matth.

JErúsalem, Jerúsalem quæ occidis Prophé-tas. Jerúsalem, non sa-xa & ædificia civitatis, sed habitatores vocat: quam patris plangit af-féetu, sicut & in álio loco lègimus, quòd vi-dens eam fléverit. In eo autem quod dicit: Quóties vólui congre-gare filios tuos: omnes retrò Prophétas à se missos esse testátur. Gal-linæ quoque similitúdi-nem congregántis sub alas pullos suos: in Cán-tico Deuteronomii lè-gimus: Sicut áquila prótegit

prótegit nidum suum ,
 & super pullos suos
 desiderávit : expándens
 alas suas , suscépit eos ,
 & tulit super pennis
 suas . Ecce relinquétur
 vobis domus vestra de-
 sérita . Hoc ipsum ex
 persóna Jeremíæ jam
 antè dixerat : Reliqui
 domum meam , dimisi
 hæreditátem meam :
 facta est mihi hærédi-
 tas mea quasi spelúnca
 hyænæ .

R. Stéphanus servus
 Dei quem lapidábant
 Judæi , vidit cœlos apér-
 tos : vidit & introi-
 vit : * Beatus homo
 cui cœli patébant .

X. Cùm igitur saxó-
 rum crepitántium tûr-
 bine quaterétur , inter
 æthéreos aulæ coelés-
 tis finus divina ei clá-
 ritas fulsít . Beatus ho-
 mo .

Leetio VIII.

DEséttam Judæo-
 rum domum , id
 est templum illud ,
 quod fulgébat augús-
 tius oculis , comprobá-
 mus , quia habitató-
 rem Christum pérdidit ,
 & hæreditátem præti-
 pere géstiens , occidit
 hærédem . Dico enim
 vobis , non me vidébi-
 tis ámodò , donec di-
 cátis : Benedictus qui
 venit in nōmine Dó-
 mini . Ad Jerúsalement
 lóquitur , & ad popu-
 lum Judæórum . Ver-
 sículum autem istum ,
 quo & párvuli atque
 lactántes in ingrēssu
 Jerúsalement Dómini Sal-
 vatoris usi sunt , quan-
 do dixerunt : Benedic-
 tus qui venit in nōmi-
 ne Dómini , Hosánnā
 in excélsis , sumpsit
 de centésimo décimo-
 séptimo Psalmo , qui

manifeste de advéntu
Dómini scriptus est.

R. Patefactæ sunt já-
nuæ cœli Christi Már-
tyri Beato Stéphano ,
qui in numero Márty-
rum invéntus est pri-
mus : * Et idèò trium-
phat in cœlis coroná-
tus.

V. Mortem enim ,
quam Salvátor noster
dignátus est pro nobis
pati , hanc ille primus
reddidit Salvatóri. Et
idèò. Glória Patri. Et
idèò.

Lectio nona de Vigilia Sancti Laurentii.

DIE X. AUGUSTI.

Octava Sancti Ste-
phani , fit Officium de
Sancto Laurentio mart.
duplex , cum commem-
diei Octavæ Sancti Ste-
phani.

*Lectiones sequentes
de S. Stephano , ponun-
tur hic ad varietatem ,*

& pro supplendo defec-
tu officii , quando con-
tingit transferri Offi-
cium cum festo S. Lau-
rentii ad Dominicam
sequent. propter Mes-
sem : in quo casu fit
Officium de die Octav.
S. Stephan. dup. die X.
Auguſti.

*In primo Nocturno.
Lect. de Script. occurr.*

*In secundo Nocturno.
Ex libro Sancti Au-
gustini Episcopi de
Civitate Dei.*

Lib. 22. Cap. 8.

Lectio IV.

E Uchárius Présby-
ter ex Hispánia
Chálame hábitans ,
veterे morbo cálculi
laborábat : per memó-
riam supradicti sancti
Mártiris , quam Pos-
sidius illò advéxit Epí-
copus , salvus factus
est. Idem ipse póstea ,
morbo álio prævalef-

cénte, mórtuus sic jacébat, ut ei jam póllices ligaréntur, opitulatione memorati Mártyris, cùm de memória ejus reportátum fuisset, & super jacéntis corpus missâ ipsius Presbyteri túnicâ, suscitátus est. Fuit ibi vir in órdine suo primárius, nómíne Martiális, ævo jam gravis, & multùm à religione abhórrens Christiána, habébat sanè fidélem filiam, & génerum eódem anno baptizátum, qui cùm eum ægrotántem multis & magnis précibus, & láchrymis rogárent ut Christiánus fieret, prorsus ábnuit, eósq[ue] à se turbidâ indignatione submóvit. Vísum est género ejus, ut iret ad memóriam Sancti Stéphani, &

illíc, quantúm posset, pro eo oráret, ut Deus illi daret mentem bonam, quâ crédere non différret in Christum. Fecit hoc ingénti gémitu & fletu, & sincériter ardénti pietatis afféctu,

R. Lapidábant Stéphanum invocántem & dicéntem : * Dómine Jesu - Christe, accipe spíritum meum, & né státuas illis hoc peccátum.

Y. Pósitis autem géribus, clamávit voce magnâ, dicéns : Dómine.

Lectio V.

DEinde abscédens, áliquid de altári florum quod occurrir culit, eique cùm jam nox esset, ad caput pósuit. Tunc dormítum est, & ecce ante dilúculum clamat, ut

Vij

ad Episcopum curre-
rétur qui mecum fortè
tunc erat apud Hippó-
nem. Cùm verò eum
audisset abséntem ,
venire Presbyteros
postulávit. Venérunt,
& statim crédere se
dixit admirántibus at-
que gaudéntibus óm-
níbus , baptizátus
est. Hoc quándiu vi-
xit in ore habébat :
Christe , áccipe spíri-
tum meum , cùm hæc
verba beatissimi Sté-
phani , quando lapidá-
tus est à Judæis , ultima
fuisse nescíter , quæ
huic quoque ultima
fuérunt : nám non mul-
tò post étiam ipse de-
functus est. Sanáti sunt
illuc per eúndem Már-
tyrem étiam tres po-
dágrici , duo cives ,
peregrínus unus , sed
cives omnímodo : pe-
regrinus autem per re-

velationem quid adhi-
béreret quandò doléret
audívit ; & cùm hoc
fecisset , dolor contí-
nuò conquiévit.

R. Impetum fecé-
runt unanimiter in
eum , & ejecérunt eum
extra civitátem , invo-
cántem & dicéntem :*
Dómine Jesu , áccipe
spíritum meum.

V. Et testes deposue-
runt vestimenta sua se-
cùs pedes adolescentis ,
qui vocabátur Saulus :
& lapidábant Stépha-
num invocántem & di-
céntem. Dómine Jesu .

Lectio VI.

A Udúrus nomen
est fundi , ubi
Ecclésia est , & in
ea memória Stépha-
ni Mártyris. Puerum
quendam párvulum ,
cùm in área lúderet ,
exorbitantes boves ,
qui vehiculum trahé-

bant, rotâ obtrivérunt, mo cucurrérunt, qui & conféstim pálpitans ei mórtuam nuntiárent. Sed cùm orántे illo ab amicis ejus exciperéntur, prohibué-
runt eos illi dicere nè per pùblicum plángéret, qui cùm domum rediísset jàm suórum ejulátibus personán-
tem, & vestem filiæ quam ferébat super eam projecisset: rursus réddita est vitæ.
 ¶. Impii super ius-
tum jactúram fecérunt,
ut eum morti tráde-
rent: * At ille gaudens
fuscépit lápides, ut
mererétur accipere co-
rónam glóriæ.
 ¶. Continuérunt au-
res suas, & ímpetum
fecérunt unanimiter in
eum. At ille gaudens.
Glória Patri. At ille
gaudens.
In tertio Nocturno.
 Léctio sancti Evangé-

vno novi

cum ecce pueri de do-

iii secundum Mat-
thæum.

Cap. 23.

Lectio VII.

IN illo tempore : dicébat Jesus Scribis & Pharisæis : Ecce ego mitto ad vos Prophétas , & Sapiéntes , & Scribas : & ex illis occidétis & crucifigé-tis : & ex eis flagellá-bitis in Synagógis vestris. Et réliqua.

De Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

Ex Comment. in Cap. 23.
Matth.

SImpliciores fratres inter ruinas Templi & Altaris , sive in portarum exitibus , quæ Siloam ducunt , rubra saxa monstran- tes , Zachariæ sanguine putant esse polluta . Non condemnámus er- rórem , qui de ódio Ju- dæorum & fidei pietá-

te descendit. Dicá-
mus bréviter quare san-
guis Abel justi usque
ad Zachariam filium
Barachiæ ab illa gene-
ratíone requirátur ,
cùm neutrum eórum
occíderit.

Rx. Stéphanus servus
Dei , quem lápidábant
Judæi , vidi cœlos
apertos : vidi & introi-
vit : * Beatus homo cui
cœli patébant.

V. Cùm igitur saxó-
rum crepitantium túr-
bine quaterétur , inter
æthéreos aulæ cœlestis
sinus divina ei cláritas
fulsit. Beatus homo.

Lectio VIII.

REgula Scripturá-
rum est , duas
generatíones bonórum
& malórum nosse , hoc
est singulórum singu-
las. De bonis sumá-
mus exempla. Quis
ascéndet in montem

Dómini , aut quis re-
quiéscet in monte sanc-
to ejus ? Cùmque plu-
res qui ascensuri sunt
in montem Dómini
descripsisset , qui di-
vérsis fuére ærátibus ,
póste à infert : Hæc est
generatio quæréntium
Dóminum , quæréni-
tum faciem Dei Jacob .
Et in álio loco de óm-
nibus Sanctis : Gene-
ratio justorum benedi-
cetur .

¶. Patet factæ sunt já-
nuæ cœli Christi Már-
tyri Beáto Stéphano ,
qui in número Márty-
rum invéntus est pri-
mus : * Et ideo triúm-
phat in cœlis coroná-
tus .

¶. Mortem enim ,
quam Salvátor noster
dignátus est pro nobis
pati , hanc ille primus

réddidit Salvatóri . Et
ídeò . Glória Patri . Et
ídeò .

Lectio IX.

DE malis verò ,
ut in præsénti
loco : Generatio vipe-
rárum , & requiréntur
ómnia à generatióne
ista . Et in Ezéchiel ,
cùm peccáta terræ des-
cripsisset sermo pro-
phéticus , adjécit ; Si
Noë , & Job , & Dá-
niel , ibi fuerint invénti ,
non dimittam pec-
cáta terræ illi : omnes
justos qui similes fo-
rent virtútibus eórum ,
per Noë , & Job , &
Daniel , volens intél-
ligi . Ergo & isti , qui
similia Caïn , & Joas ,
contra Apóstolos gés-
serint , de una gene-
ratione esse referuntur .

Te Deum laudámus .



DIE XII. AUGUSTI.

*IN FESTO SANCTÆ CLARÆ
Virginis,*

Duplex.

Omnia de Communi Virginum, præter Lectiones secundi Noct.

In primo Nocturno tonsurâ, consanguineis Lect. de Script. occurrit. ipsam reducere conantibus, fortiter restituit.

In secundo Nocturno. Lectio IV.

CLARA, nobiles Virgo, Assisi nata in Umbria, sanctum Franciscum Concivem suum imitata, cuncta sua bona in eleemosynas, & pauperum subsidia distribuit & convertit. De sæculi strépitu fugiens, in campéstrem declinavit Ecclésiam, ibique ab eódem Beato Francisco recipitā tonsurâ, consanguineis Lect. de Script. occurrit. ipsam reducere conantibus, fortiter restituit. Et dénique ad Ecclésiam Sancti Damiáni fuit per cùmdem adducta, ubi ei Dóminus plures sòcias aggregavit, & sic ipsa sacrarum Sororum Collégium instituit, quarum régimen, nimia Sancti Francisci devicta importunitate, recépit. Suum Monastérium sollicitè ac prudenter in timore Dómini, ac plena Ordinis

dinis observántia, annis quadraginta duóbus mirabiliter gubernávit: ejus enim vita erat áliis eruditio & doctrína: unde cæteræ vi-véndi régulam didicérunt.

B. Propter veritátem & mansuetudinem, & justitiam: * Et dedúcet te mirabiliter déxtera tua.

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prósperè procéde, & regna. Et dedúcet.

Lectio V.

UT carne deprés-
sâ, spiritu convalésceret; nudam hu-
mum, & intérsum
farménta pro lecto ha-
bébat, & pro pulviná-
ri sub cápite durum
lignum. **U**nâ túnicâ
cum mantello de vili
& hispido panno ute-
bátur, áspero cilicio

nonnúmquam adhibito
juxta carnem. Tantâ
se frænábat abstiné-
tiâ, ut longo témpore
tribus in hebdómada
diébus nihil pénitus
pro sui córporis ali-
ménto gustáverit: ré-
liquis autem diébus ta-
li se cibórum parvitatē
restríngens, ut áliæ,
quómodò subsistere pô-
terat, miraréntur. Bi-
nas quotánnis (ánte-
quām ægrotáret) qua-
dragésimas solo pane
& aquâ refécta jejuná-
bat. Vigiliis insuper
& orationibus assiduè
dedita, in his præci-
puè dies noctésque
expendébat. Diutinis
perpléxa languóribus,
cùm ad exercitium cor-
porale non posset sur-
gere per seipsum, foró-
rum suffrágio levabá-
tur, & fulciméntis ad
tergum appósitís, la-

borábat própriis má-nibus , nè in suis étiam esset infirmitáti-bus otiósa. Amátrix præcipua paupertatis , ab ea pro nulla un-quam necessitate dis-céssit , & possessioñes pro forórum sustenta-tione à Gregório nono oblatas constantissimè recusávit.

R. Dilexisti justitiam ,
& odisti iniquitatem :
* Propterea unxit te
Deus , Deus tuus óleo
lætitiæ.

V. Propter veritatem ,
& mansuetudinem , &
justitiam . Propterea .

Lectio VI.

MUltis & variis
miraculis virtus
suæ sanctitatis effulsit .
Cuidam de Soróribus
sui Monastérii loqué-
lam restituit expedi-
tam . Alteri aurem sur-
dam apéruit . Labo-

rántem febre , tumén-
tem hydriópsi , plagátam
fistula , aliásque
áliis opréssas languóri-
bus liberávit . Fratrem
de Ordine Minórum
ab insániæ passióne sa-
návit . Cùm óleum in
Monastério totáliter
defecisset ; Clara ac-
cépit úrceum , atque
lavit , & invéntus est
óleo , beneficio divi-
næ largitatis implétus .
Unius panis medietá-
tem ádeò multiplicá-
vit , ut Soróribus quin-
quaginta suffecerit .
Sarracénis Assísum
obsidéntibus , & Cla-
ræ Monastérium invá-
dere conántibus , ægra-
se ad portam afférri vó-
luit , unáque vas , in
quo sanctissimum Eu-
charistiæ Sacramén-
tum erat inclúsum ,
ibique orávit : Nè tra-
das , Dómine , béstias


ánimas confitentes tibi, & custodi famulas, quas pretioso sanguine redemisti. In cuius oratione ea vox audita est : Ego vos semper custodiam. Sarraceni autem partim se fugae mandarunt, partim qui murum ascenderant, capti oculis, præcipites cecidérunt. Ipsa dénique Virgo, cum in extrémis ágeret, à cándido beatárum Virginum Cœtu (inter quas una eminéntior ac fulgidior apparébat) visitata, ac Sacra Eucharistiâ sumptuosa, & peccatorum Indulgentiâ ab Innocentio Quarto ditata, pri die Idus Augústi ani-

mam Deo réddidit. Post óbitum verò quamplurimis miráculis resplendéntem Alexánder Quartus inter sanctas Vírgenes rétulit.

*R. Afferéntur Regi výrgines post eam, próximæ ejus : ** Afferéntur tibi in lætitia & exultatione.

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prôspere procéde & regna. Afferéntur tibi. Glória Patri. Afferéntur.

*In tertio Nocturno.
Homil. in Evang. Simile erit regnum cœlorum decem, de Communi.*



DIE XVI. AUGUSTI.

*IN FESTO SANCTI ROCHI
Confessoris non Pontificis,*

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. non Pontif. preter
ea que sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui es gloriósus in Sanctis tuis, & cunctis, ad eorum patrocinia consuētibus, petitionis suæ salutarem præstas efféctum: concède plebituæ, ut intercedente Beato Rocho Confessore tuo, cuius celebritate se devótam exhibet, à languore pestis epidimiæ sit libera, & tuo nōmini maneat semper devóta. Per Dóminum.

In primo Nocturno,

Lect. de Script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Johannes & Libera paréntes quidem Nóbiles, sed jam sénior penè confécti, Beátæ Virginis Deiparæ patrocinio apud Montem-pessulánum, Rochum filium à Deo impenitáre, nullis ante suscéptis liberis. Is in lucem éditus, Crucis charactére purpureo, in sinistro látere insignitus deprehénditur. Matrem hár-

buīt piām & sanctam
fœminam , quæ fériâ
quartâ & sextâ semel
in die cibum sumébat,
quam Rochus imitátus,
non nisi semel iisdem
diébus ubera sugébat.
Ubi autem adolévit ,
paupertatis stúdio suis
rebus valére jussit , &
in Itáliam peregríni
habitu profectus, mul-
tos peste laborántes ,
signo Crucis à morte
vindicávit.

v. Honéstum fecit
illum Dóminus , &
custodívit eum ab ini-
mícis , & à seductóri-
bus tutávit illum : * Et
dedit illi claritatēm
ætérnām.

v. Justum dedúxit
Dóminus per vias rec-
tas , & osténdit illi
regnum Dei. Et dedit.

Lectio V.

IPse verò qui mul-
tos à morbo insaná-

bili liberáverat, ab eó-
dem penè oppréssus ,
in sylvam se ábdidit ,
ubi divínūm , humáno
deficiénte , præsidium
illi non défuit. Sin-
gulis enim diébus ca-
nis ad Rochum panem
deferébat. Ubi autem
conváluit , & vires re-
cépit , in pátriam re-
vérsus est. Illa cùm
bellórum incéndio ro-
ta ardéret , à suis mí-
nímè ágnitus , velut
explorátor in víncula
conjicitur. Ibi post
quinquénnium situ ac
pædóre óbsitus , è vín-
culis ad cœlos beáthus
evolávit , Deum pre-
cátus , ut qui in Ro-
chi clientélam se recí-
peret , advérsus epidí-
miæ morbum præsens
remédium inveníret.
Quam ejus petitionem
Deum Optimum Má-
ximum exaudisse , ta-

bella ad Rochum allata manifētē declarāvit.

¶. Amávit eum Dóminus , & ornávit eum : stolam glóriæ induit eum : * Et ad portas paradisi coronávit eum.

¶. Induit eum Dóminus loricam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Post ejus tránsitum multis auxilio fuit, qui lue pestiferâ labrantes, pristinæ sanitati prēcibus ejus restituti sunt. Quibus intellectis, Constantiēsis Concilii Patrum decreto , ad pestem propulsandam , honores Sanctis exhiberi soliti, Rocho inter Sanctos nondūm relato impénfi sunt. Et quiévit confestim sœvitia mor-

bi , Rochi ipsius imágine à Pátribus frequénti pôpulo per vi- cos & cōmpita civitatis circumdūcta. Ex quibus Pátribus plerique in Itáliam redeúntes , Rochi beatum corpus secum detulérunt. Illud pôstmodùm Venétias asportátum , in hodiérnum usque diem magna cum veneratione ibi asservatur & colitur.

¶. Iste homo perfecit ómnia quæ locutus est ei Deus , & dixit ad eum : ingrédere in réquiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

¶. Iste est qui contémptit vitam mundi , & pervénit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno. lité timére, de Com.
H̄omil. in Evang. No- Miss. Justus tit Palma.

DIE XIX. AUGUSTI.

IN FESTO SANCTI LUDOVICI
Episcopi Tolosani & Confessoris,

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. præter hæc quæ sequuntur.

ORATIO.

Deus qui Ecclésiam tuam dispensatiōne mirabili novis semper illústras Sanctórum splendóribus, tribue, quæsumus, ut qui Beáti Ludovici Confessoris tui atque Pontificis solénniis gratulámur, ad ejus consortium feliciter perducámur. Per Dóminum.

*In primo Nocturno,
Lect. de Scriptura occur.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Ludovicus Cárolo secúndo Siciliæ Rege, ac Mariá cónjuge Húngarâ natus, ab ipsis incunábulis sanctitatis futuræ insignia dedit eximia. Adhuc adolescéntulus, obses in Catalóniam duc-tus, ut patrem captí-vum in libertátem as-féreret, virtútibus & exercitatiōnibus piis totum se cónculit,

Franciscanórum usus
óperâ & industriâ. Pu-
ritatis ánimj & cörper-
is usque adeò tenax
éxitit, ut solus cum
fœmina, mître ac so-
róre excéptis, sermó-
nem nusquàm habére
voluerit.

Rg. Invéni David ser-
vum meum, óleo sanc-
to meo unxi eum: *
Manus enim mea au-
xiliabitur ei.

V. Nihil proficiet
inimicus in eo, & fi-
lius iniquitatis non no-
cébit ei. Manus enim
mea.

Lectio V.

TMbecillum corpus
& delicatum váriis
pœnitentiæ asperitati-
bus atterébat, cilicio
præsértim duro & con-
tinuo. De amplectén-
do Beati Francisci ins-
tituto, adhuc obses vo-
tum emisit. Quod cùm

è Catalónia revérsum
apud Montempessulá-
num implére conaré-
tur, pater veheménter
obstítit. Renunciátus
Episcopus à Bonifácio
octávo Pontifice Má-
ximo, ántequàm infu-
las Pontificiæ dignitá-
tis assumeret, ut régu-
lam Sancti Francisci
priùs profiterétur tan-
dem obtinuit. Quo
vitæ génere mirum in
modum oblectátus,
charitatis, orationis,
pietatis, paupertatis,
atque aliárum virtú-
tum exercitatióne in
eo religiónis Ordine
ánimum excóluit, me-
ditátus frequénter, quæ
pascéndo gregi Toló-
sáno úsui aliquándo
forent.

Rg. Pósui adjutórium
super poténtem, &
exaltávi éléctum de
plebe mea: * Manus
ením

enim mea auxiliabitur ei.

¶. Invéni David ser-vum meum, óleo sancto meo unxi eum. Ma-nus enim.

Lectio VI.

Cum nondum sa-cris Ordinibus Pontificiæ dignitatis suscipiéndis idóneus esset, ad eos tamen assūptus est, ex dis-pensatiōne summi Pon-tificis. Quinque & vi-ginti paupéribus quós alébat domi, aquam ad abluéndas manus ip-se porrígēbat. Sacra-méntis, verbique di-vini pábulo plebem si-bi crēditam recreábat. Judæos rudiménta fi-dei docébat, & ad baptísmum, pietate insignis, adhortabá-tur. Ætatis vigésimo quarto anno necdum exácto, vitam hanc

mortálem, cum immortáli commutávit. Massiliæ, in æde Fran-ciscanórum, prout vi-vus mandáverat, sepul-turæ tráditus est. Mór-tuus mórtuos duode-cim mirabiliter ad vi-tam revocávit. Quibus prodigiis commótus Joánnes Vigésimus-scún-dus Póntifex Má-ximus eum Sanctórum número adscripsit.

¶. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operátus est, & omnis terra doctrinâ ejus re-pléta est: * Ipse intercé-dat pro peccatis óm-nium populórum.

¶. Iste est qui con-tempsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Ipse intercédat. Glória Patri. Ipse intercédat.

In tertio Noct.
Léctio sancti Evangélii

Y

secundum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 24.

IN illo tempore:
Dixit Jesus discipulis suis: Vigiláte, quia nescítis quâ horâ Dóminus vester venturus sit. Et réliqua.

Homilia Sancti Joán-nis Chrysóstomi.

Dicens Dóminus, vigiláte, quia nescítis quâ horâ Dóminus vester venturus sit, significávit se propriea diem & horam sui advéntus non edi-xisse, quòd vellet ip-sos continuò esse solli-citos. Quid verò si-gnificat, si scisset pa-terfamilias quâ horâ fur venturus fuisset, vigiláasset útique, nec permisisset pérfodi do-mum suam? Si plei-que hóminum, inquit, scirent quando sunt po-tissimum moritúri, cā

profsus horâ pœnitére studérent. Nè igitur illo dūmtaxat témpore, sed per totam vi-tam magno stúdio sa-tágerent: nec sæculi consummatiōnem, nec uniuscujusque mortem prædicit, quòd velit nos semper illam ex-pectare, sempérque esse sóbrios ac vigilán-tes. Simul étiam & negligentiores confundi-t, quòd majus circa divítias stúdium adhí-beant qui fures expéctant, quàm hi circa suæ ipsórum ánimæ sa-lutem.

*R. Amávit eum Dó-minus, & ornávit eum: stolam gloriæ induit eum: ** Et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Induit eum Dó-minus loricam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lectione VIII.

Dicens porrò, quis-nam est fidélis servus & prudens; non certè ignórans ait, sed quod rarum est, ac multo dignum honó-re demónstrat. Hunc étiam in modum ipsi Adam locútus est dic-
cens, ubi es? Non au-tem ex ignorántia, ve-
rùm ut illum ad peccá-
ti satisfactiōnem addú-
ceret. Et de Sódomis
ideò dixit: Descéndens
vidébo si juxta clamó-
rem suum qui venit ad
me perfécerint, si au-
tem non est ita, ut
sciam. Quo nos ins-
trueret, ut non de re
quápiam priùs sentén-
tiā ferámus, quām il-
lam diligētiūs discus-
férimus. Per Prophé-
tam autem idcirco ait,
si fortè aúdiant, & si
fortè intélligant, &

apud imperitos ac ru-
des híc prædixisse, ino-
bediéntiam necessariò
videbátur inducere. In
Evangélio autem di-
xit, verebuntur for-
tasse filium meum, ut
osténderet debuisse il-
los id facere, & filium
reveréri.

R. Sint lumbi ves-
tri præcincti, & lucér-
næ ardentes in máni-
bus vestris: * Et vos
símiles homínibus ex-
pectántibus Dóminum
suum, quando rever-
tátur à nuptiis.

¶. Vigiláte ergo,
quia nescítis quâ horâ
Dóminus vester ventú-
rus sit. Et vos. Glória
Patri. Et vos.

Lectione IX.

FIdélem porrò ser-
vum beatificat di-
cens: beatus ille ser-
vus quem, cùm véne-
rit Dóminus, invéne-

Yij

rit sic faciéntem. Et te quæ sua sunt , sive sanè perquām méritò sapiéntiam, sive princi-véluti prudéntem ac studiósūm. Hoc autem non de pecúnia tan-rūm est dictum , sed de verbo étiam ac ministério, omnique pror-fus dispensatióne quam unusquisque suscéperit commendátam. Præ-téreà hæc parábola ad eos quoque aptáti potest qui Rempúblicam gerunt & administrant. Opórtet enim unum-quémque ad commū-nem utilitátem confér-

sive párum , sive divítias , áliud quodcúm-que , non ad conser-vórum detriméntum , suique metipsius per-niciem. Quocírca ab eo utrūque requírit , prudéntiam videlicèt atque fidem. Ex in-considerántia síquidem atque améntia peccáta fiunt.

Te Deum laudámus.
Missa. Sacerdótes



DIE XXIII. AUGUSTI.

IN FESTO SANCTI PHILIPPI
Benitii Confessoris non Pont.

Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif.
præter hæc quæ sequuntur.

ORATIO.

DEUS qui per Beátum Philippum Confessorem tuum eximium nobis humilitatis exemplum tribuisti: da famulis tuis præspecta mundi ex ejus imitatione despícere, & cælestia semper inquirere. Per Dóminum nostrum, &c.

In I. Nocturno Lect. de script. occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

PHILIPPUS ex nobili Benitiorum fa-

milia Floréntiæ natus, Parisis Medicinæ operam dedit. Reversus in pátriam, cum frequens Ecclésiam Servorum visitaret, quā die ea verba ex Actibus Apostolorum: Philippe, accéde, & adjúnge te ad currum istum, legebántur, actus in éxtasim, in aureo curru, quem ovis & leo trahébant, sanctissimam Dei Genitricem, Angelis comitántibus, sedéntem vidit, & ab ea sequénti

nocte Servos suos adire jussus, Bonfilium unum ex septem Ordinis Fundatōribus, qui tum Prioris vice fungebatur, adit, orātque ab eo inter Convērsos rēcipi. Recēptus, vitam aliquāndiu in Monte Senārio in spelūnca solitāriam duxit. Faētus Sacērdos, & pōsteā Prior Generālis, licet invitus, hujusmodi munus decem & octo annis ita administravit, ut in Itālia & alibi multis exstrūctis Monastēriis, Ordinem máxime propagaverit. Visitāndo & prædicāndo, Embdām usque Frisiæ Orientalis Urbem pervenit, multis ab Hæresi & aliis vitiis per divērsa loca convērsis. Dissidentium paci, & errantium stūdūt emen-

dationi. Pistorii & Florētiæ seditionibus inter Guelphos & Gibellinos sedatis, à Forolivēnsibus, quod à Martino quarto Pontifice Máximo defecissent, inter concionandum reprehēnsis, verbēribus affēctus est: ex quibus unus percussorum cūdem Ordinem Servōrum ingrēssus, mirā sanctitāte clāruit.

R. Honēstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab iniūcīs, & à seductōribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatēm ætērnam.

Y. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio V.

P Lura vivens édit miracula. Romam pergens, lepró-

sum nudum ad Camo-
liánum agri Senénsis
Vicum , propriâ veste
indutum statim à lepra
mandávit s̄ quo mirá-
culo pervulgato , dum
Vitérbiī Cleménte
Quarto ē vivis sublato ,
Cardináles de succes-
fōre deligéndo dissidē-
rent , nonnullis Philíp-
pum ad Pontificátum
proponéntibus , ipse
fugiens ad Montem
Thaúmatum delituit ,
ubi bálneis , quæ étiam-
nūm Sancti Philíppi
nominántur , morbos
sanándi virtutem im-
petrávit . Arétii Frá-
tribus fame penè con-
fectis , dum ille ad
imáginem sanctissimæ
Dei Genitricis orat ,
ecce duo cophini can-
didissimórum panum
pleni , ad Monastérii
jánuam divinitùs delá-
ti . Cùm in Germá-

niam prædicándi Evan-
gélii causā à Rodúlpho
Imperatóre invitatū
proficiscerétur , apud
Lævium Agri Bononiénsis
amnem sub ár-
boris umbra ob æstum
diversatus , nonnullis
blasphemantibus divi-
nam comminátus est
ultiórem , quæ illos
statim atque ab eis dis-
céssit , de cœlo tactos ,
& igne consúmptos ,
secúta est . Ex Ger-
mánia rédiens , nemúl-
que inextricabile in-
gréssus , cùm fóci iné-
diâ triduánâ afflicti ul-
tériūs prógredi non
possent , ipse ad ora-
tionem configiens ,
panem & aquam , qui-
bus recrearéntur , de
cœlo mirabiliter obti-
nuit .

R. Amávit eum Dó-
minus , & ornávit
eum : stolam gloriæ

induit eum : * Et ad portas paradisi coronavit eum.

¶. Induit eum Dóminus lorícam fidei , & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

TUDÉRTUM véniens, metetrices sibi in via ausas illudere ita oratiōne permóvit , ut in Monastério ad Cárſulam reclúsæ perpétuam pœniténtiam égerint. In urbis ingrēſſu totam civitātem sibi tanquam Patri óbviām hábuit. Ecclésiam ingrēſsus , cùm quasi divinans , illa verba , hæc réquies mea , pronuntiáſſet ; paulò post , in Fēſto Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ , in morbum incidit , ex quo , octávo post die , Fratres ad obſerván-

tiam hortátus , Sacramentisque munitus , undécimo Kaléndas Septémbris , anno ſalutis millésimo ducen-tésimo - octuagésimo quinto , ánimam Deo redidit , multis miráculis ſubſequéntibus. Nam mūlier mánibus pedibúsque contrácta , ut ſacrum attigit corpus , domum incólumis remeávit. Cæcus ad ejus tumulum deductus viſum illicò recépit. Puer à lupo strangulátus ad vitam revocátur. Mūlier quæ & mirácula negare , & ſervum Dei irridére præſumpſerat , muta effécta , dum resipíſcens véniam precátur , loquéndi recuperat facultátem. Unicus víduæ filius ex diutino morbo defunctus , dum illa Philippi opem implorat ,

plorat, redivivus surgit, & illum sibi succurrisse testatur. Quare Leo Décimus Póntifex Máximus, cónxitâ Vi-ri sanctitáte, cùm gravissimis curis impeditus, illum in Sanctórum númerum referre non posset, ut in toto Ordine ritu díuplici colerétur indíllsit. Paulus Quintus Lectiones ex ejus vita probávit, Tudertibúsque ejus ita coléndi potestátem fecit. Quod & Urbánus Octávus Florentinæ di- tónis Episcopis concéssit.


R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus

est ei Deus, & dixit ad eam: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

V. Iste est qui contémptit vitam mundi, & pervénit ad coelestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. **Quia te** vidi.

In tertio Nocturno;
Homil. in Evang. No-
lite timére, de Com-
mun. Nona Lectione de
Homil. Vig. S. Barthol.
cum com. ejusd. in
Laud. & Missa, quæ est
Justus ut palma, de
Commun.





DIE II. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SANCTI STEPHANI
Hungariæ Regis, Confessoris,

Semiduplex.

*Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter
hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

Concéde, quæsu-
mus, Ecclésiæ
tuæ, omni potens Deus:
ut Beárum Stéphanum
Confessórem tuum,
quem regnántem in
terrís propagatórem
hábuit, propugnató-
rem habére mereátur
gloriósum in cœlis.
Per Dóminum, &c.

*Lect. primi Noct. de
Script. occurrente.*

In secundo nocturno.

Lectio IV.

STÉPHANUS in Hun-
gáriam Christi fi-

dem & régium nomen
invéxit, régiâ coromâ
à Româno Pontifice
impetrâtâ, ejusque jus-
su in Regem inuictus,
regnum Sedi Apostó-
licæ obtulit; varia pie-
tatis domicilia Romæ,
Hierosólymis, Constan-
tinópoli: in Hungá-
ria Archiepiscopátum
Strigoniensem, Epis-
copátus decem, admirá-
bili religióne & mu-
nificétiâ fundávit. Par-
in paúperes amor &
liberálitas, quos véluti
Christum ipsum

compléctens , néminem à se möréntem ac vácum unquam dimisit ; quin ad eorum inópiam sublevándam amplissimis facultatibus erogáris , domésticam quoque suppléctilem eximiâ benignitatem frequénter distriðuit : suis insuper manib⁹ lavare paúperum pedes , noctu solus & ignótus nosocomia frequentáre , decumbéntibus inservire , ac cætera charitatis officia exhibere consuévit : quarum virtutum mérito illius déxtera , resoluto cætero córpo-re , incorrupta permánit.

¶. Honéustum fecit illum Dóminus , & custodívit eum ab inimicis , & à seductórib⁹ tutávit illum : * Et dedit illi claritatem æternam.

¶. Justum deduxit Dóminus per vias rectas , & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lección V.

ORÁNDI STUDIO noctes penè totas ducebant insomnes , atque in cœlestium rerum contemplatione defixus , interdum extra sensus raptus , sublimis in aëra ferri visus fuit. Perduéllium , conspirationes , ac validórum hóstium impetus , miro prorsus modo , non semel orationis praesidio evitávit. Suscéptum ex Chisélla Bavárica Sancti Henrici Imperatoris sorore , quam sibi matrimonio júnxit , Eméricum filium tantā morum disciplinā , talique pietate enutriavit , quantum ejus póstea sanctitas declarávit. Regni verò

negótia ita dispósuit , & ornávit eum. Et ad ut accítis úndique prudenterissimis ac sanctissimi mis vitis , nihil unquam sine illórum consilio molirétur. Humillimis interim precibus in cinere & cílio Deum déprecans, ut univérsum Hungariæ Regnum , antequam è vita migráret Cathólicum vidére mererétur. Verè propter ingens dilatandæ fidei stúdium , illius gentis Apóstolus nuncupátus , factâ à Románo Pontifice ipsi posterisque Régibus præferendæ Crucis potestate.

R. Amávit eum , Dóminus , & ornávit eum : stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradísi coronávit eum.
¶ V. Induit eum Dóminus loricam fidei ,

& ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

DEi Genitrícem , quam ardentissimè venerabátur , amplissimo in ejus honórem constrúcto templo , Hungariæ Patrónam instituit ; ab eadem vicíssim Virgine recéptus in cœlum ipso suæ Assumptiónis die , quem Húngari è Sancti Regis instituto Magnæ Dóminæ diem appéllant. Sacrum ejus corpus suavissimo flagrans odore , liquóre cœlesti scatens , inter multa & vária mirácula , Románi Pontificis jussu , nobiliórem in locum translátum est , atque honorificéntius cónditum. Ejus autem festum Innocéntius Undécimus Póntifex Máximus , quarto

Nonas Septembbris, ob insignem victoriā ab exēcitu Leopoldi pri-mi Romanōrum eleēti Imperatōris, & Hungāriæ Regis eādem die in Budz expugnatiō-ne, ope divinā, è Tur-cis reportātam, cele-brāndum instituit.

Rg. Iste homo perfé-cit ómnia quæ locū-tus est ei Deus, & di-xit ad eum: ingrédere in téquiem meam: * Quia te vidi justum co-rām me ex ómnibus géntibus.

V. Iste est qui con-témpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlēs-tia regna. Quia. Gló-ria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangé-lli secundūm Lucam.

Lectio VII. Cap. 19.

IN illo témpore: Dixit Jēsus dis-

cipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nōbilis abiit in regiō-nem longinquam accí-pere sibi regnum, & revérti. Et réliqua.

Homilia Sancti Am-brōsii Episcopi.

In Luc. lib. 8.

Bonus ordo, ut vocatūrus gentes, & Judæos jussūrus in-térfici, qui noluérunt regnare suprà se Chri-stum, hanc præmit-te-ret comparatiōnem, nè dicerétur, nihil dé-derat pôpulo Judæo-rum, unde pôterat mé-lior fieri: ut quid ab eo, qui nihil recépit, exigitur? Non mediō-cris ista est mna, quam suprà mulier Evangé-lica, quia non invenit, lucernam accéndit, lú-mine quærit admoto, gratulátur invéntam. *Rg.* Iste est, qui ante

Deum magnas virtutes
operatus est, & de om-
ni corde suo laudavit
Dómiminum: * Ipse in-
tercédat pro peccatis
ómnium populórum.

¶. Ecce homo sine
queréla, verus Dei cul-
tor, abstinenſ se ab
omni ópere malo, &
pémanens in innocén-
tia sua. Ipſe intercédat.

Lectio VIII.

Denique ex una
decem mñas álius
fecit, álius quinque.
Fortáſſe iste morália
habet, quia quinque
ſunt cōporis ſensuſ;
ille duplicita, id est,
mystica legis, & mo-
rália probitatis. Un-
dē & Matthæus quin-
que talénta, & duo
talénta pósuit. In
quinque taléntis, ut
ſint morália, in duó-
bus utrúmque, mysti-
cum atque morálē:

ita, quod número in-
férius, re ubérius.

¶. Sint lumbi vestri
præcincti, & lucernæ
ardentes in manib⁹
vestris: * Et vos si-
miles hominibus ex-
pectantibus dómimum
ſuum, quando rever-
tatur à nuptiis.

¶. Vigilate ergo,
quia nescitis quā horā
Dóminus vester ven-
turus sit. Et vos simi-
les. Glória Patri. Et
vos similes.

Lectio IX.

Et h̄c pōſſimus
decem verba intelligere,
id est, legis doctrinam;
quinque autem mñas,
magistéria disciplinæ.
Sed legisperitum in
ómnibus volo eſſe per-
fēctum. Non enim in
ſermónē, ſed in virtute
eſt regnum Dei. Be-
nē autem, quia de Ju-

dæis dicit , duo soli
multiplicatam pecú-
niām déferunt ; non
útique æris , sed dis-
pensatiōnis usūris. Alia
est enim pecúniaæ fœ-
nebris , ália doctrinæ
cœlestis usura.

Te Deum laudámus.
Missa , *Os justi* , *de*
Comm. *cum Evang.*
Homo quidam nōbi-
lis , quod *habet*. *in*
Miss. S. Ludovic. *die*
25. Aug.

DIE V. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SANCTI LAURENTII
Justiniani Episcopi & Confessoris ,

Semiduplex.

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

DA , quæsumus ,
omnipotens Deus ,
ut Beati Lauréntii
Confessoris tui arque
Pontificis veneranda
solémnitas , & devo-
tiōnem nobis augeat &
salutem. Per Dómi-
num nostrum , &c.

In primo Nocturno.

Lect. de Script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

LAURÉNTIUS ex il-
lustrī Justinianó-
rum familia Venetiis
natus , eximiam vel
puer morum gravitá-
tem præ se tulit. Exac-

tâ inter pietatis officia
adolescentiâ , ad cas-
tum verbi & ânimæ
connubium à divina sa-
pientia invitatus , de
religiösæ vitæ instituto
capesséndo deliberare
cœpit. Novæ itaque
militiæ clam prolû-
dens , præter alias cör-
poris afflictiones , su-
per nudos cubabat áf-
feres , sedénsque velut
árbiter hinc inter sæ-
culi blandimenta , pa-
ratásque à matre nup-
tias , illinc claustralem
inter austoritatem , ócu-
lis in Christi patientis
crucem convérsis , Tu,
inquit , es , Dómine ,
spes mea , ibi posuisti
certissimum refugium
meum ; ad Canonicó-
rum Sancti Geórgii in
Algâ Congregationem
convolávit , ubi novis
excogitatis cruciati-
bus , acrius in seipsum ,

véluti in hostem infen-
síssimum , instaurans
bellum , nullam ádeo
sibi oblectationem in-
dulgébat , ut nè in do-
mesticum unquam hor-
tum , nec in paternam
quidem domum , nisi
cùm morienti matri
extréma pietatis offi-
cia siccis óculis persol-
vit , exinde intráverit.
Par erat obediéntiæ ,
mansuetudinis , ac præ-
cipue humilitatis stu-
dium , cùm abjectissi-
ma quæque cœnobii
múnia sibi ultrò desu-
meret , celeberrima per
urbis loca , non tam
victum , quām ludibria
mendicaret , illatasque
contumélias immótus
ac silens perférret ; as-
siduæ præsértim ora-
tionis subsídio , quā
sæpè per mentis ex-
céssum rapiebátur in
Deum , cantoque cor
eius

ejus æstuabat ardore, ut nutantes etiam sodales ad perseverantiam, ac Jesu-Christi amorem inflammaret.

R. Invéni David ser-vum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea au-xiliabitur ei.

X. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non no-cébit ei. Manus.

Lectio V.

Ato Eugénio quarti Pátriæ Episcopus designatus, quem magnâ contentione honorem detrectáverat, majóri gessit cum laude; nam consuétâ vivéndi ratione nihil admodum immutátâ, paupertátem, quam semper coluerat, in mensa, supelléctili, ac lecto perpétuò retinuit; módicam domi

alébat familiam, quod grandem alteram sibi esse diceret, paúperes Christi significans. Quacumque adirétur horâ, præsto ómnibus erat: paternâ omnes charitatem allevabat, non rénuens, vel ære se aliéno gravare, dum illorum nè inópiæ de-ésset, rogatus quâ spe id fáceret: Dómini mei, qui pro me sólvere fácile pôterit, res-pondébat. Spem autem non confundere divina Providentia sub-missis inopinatò subsí-diis, júgiter declarábat. Plura Vírginum Monastertia constrúxit, quas etiam ad perfec-tiōnis vitæ rationem suâ vigilantiâ compó-suit, Matrónis à sœcu-li pompis, & ornátûs vanitatem revocándis, Ecclesiásticæ discipli-

næ , ac móribus refor-
mándis maximóperè
stúduit ; dignus sanè
qui ab eódem Eugénio
glória & decus Præ-
sulum coram Cardiná-
libus vocatérunt , &
qui à Nicoláo quinto
ejus successóre , trans-
lato è Gradénsi civitá-
te titulo , primus Ve-
netiarum Patriárcha
renuntiarétur .

R. Pósui adjutórium
super poténtem , & ex-
altávi eléctum de ple-
be mea : * Manus enim
mea auxiliabitur ei .

V. Invéni David ser-
vum meum , óleo sanc-
to meo unxi eum . Ma-
nus .

Lectio VI.

LAcrymárum dono
Insignitus , Omnipoténti Deo placatió-
nis hóstiam quotidiè
offerébat , quod cùm
aliquando nocte Do-

mínicæ Nativitatis pe-
rágeret , Christum Je-
sum sub pulchríssimi
Infántis spécie vidére
promeruit ; tantumque
in eo erat commissi
gregis præsidium , ut
cœlitus aliquando ac-
céptum fuerit Pontifi-
cis sui intercessióne
ac méritis stetisse Rem-
pública . Prophétæ
spíitu afflátus , plura
humánæ cognitióni
prorsus impervia præ-
dixit ; morbos ac dæ-
mones suis precibus
sæpè fugavit ; libros
étiam cælestem doctri-
nam ac pietatē spi-
rántes , grammáticæ
penè rudis , conscrip-
fit . Dénique cùm le-
thálem incidisset in
morbū , & commo-
diórem doméstici lec-
tum seni atque ægro
parárent , aversatus
ejusmodi delicias , tan-

quam à durissima morte
rientis Dómini sui crucis
plus nimio abhorrentes, consueto in
ſtramine ſe juiſit deponi, & finem vitæ ſuae
adventare prænoscens, sublatis in cœlum oculis:
Vénio, inquit, ad te, ô bone Jefu; ac
die ſexto Idus Januarii obdormivit in Dómino.
Pretiosam ejus mortem testati sunt
Angélici concéntus, à Carthusianis quibuscum
dam Mónachis auditi, & ſacrum cadáver per
duos ultra menses inhumatum, ſuávi fragrans
odore, & rubescente facie, integrum
atque incorruptum, ac nova post mortem
patrata miracula, quibus permotus Alexan-
der Octavus Póntífex

Máximus, eum in Sanc-
torum número adſcrip-
fit, Innocéntius verò
Duodécimus quintam
Septembriſ diem, quā
Vir sanctus ad Pontifi-
ciam primò cathedram
fuerat evectus, cele-
brando illius feſto aſſi-
gnavit.

R. Iste eſt qui ante
Deum magnas virtutes
operatus eſt, & omnis
terra doctrinā ejus re-
plēta eſt: * Ipſe inter-
cedat pro peccatis ómni-
um populorum.

V. Iste eſt qui con-
tempſit vitam mundi,
& pervenit ad cœlestia
regna. Ipſe. Glória
Patri. Ipſe.

In tertio Nocturno.
Hom. in Evangelium,
*Homo perégrè profi-
ciscens, &c. de Com.*
Miffa, Státuit.

DIE DOMINICA

Infrà Octavam Nativitatis Beatæ Mariæ Virg.

Officium de SS. Nomine ejusdem Beatæ Mariæ Virg. Duplex majus.

Ad vesperas. Antiphona, Dum esset Rex, &c. cum reliquis Antiphonis & Psalm. in Officio parvo Beatæ Mariæ.

Capit. Ab initio.

Hymnus.

A Ve Maris stella, &c.

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ant. ad Magnif. Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flébiles, ora pro populo, interveni pro Clero, inter-

céde pro devoto fœmineo sexu: séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célébrant tui sancti Nominis commemorationem.

ORATIO.

C Oncéde, quæsumus, omnipotens Deus, ut Fidèles tui, qui sub sanctissimæ Virginis Mariæ Nominé & Protectione lætantur; ejus piâ intercessione, à cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna pervenire mereantur in cœlis. Per Dóminum.

Fit com. Dom. occurr. sine com. octav.

Navit. B. M. V.

Ad Matutin. Invitat.

Sancta María, Dei
Génitrix Virgo * In-
tercéde pro nobis.

*Psalm. Venite, exul-
témus.*

*Hymnus. Quem ter-
ra, pontus, &c.*

*Antiph. Psalm. &
Vers. Nocturnorum, ut
in Officio parvo B. Ma-
riae.*

In primo Nocturno.

℣. Spécie tuâ, &
pulchritudine tuâ.

℟. Inténde, próspe-
rè procéde, & regna.

De Parábolis Salo-
mónis.

Cap. 8. & 9.

Lectio I.

Ego sapiéntia há-
bito in consilio,
& eruditis intérsum
cogitationibus. Timor
Dómini odit malum:
arrogántiam, & os bi-
lingue detéstor. Meum

est consílium, & æqui-
tas, mea est prudéntia,
mea est fortitúdo. Per
me Reges regnant, &
legum condítóres justa
decérnunt: per me Prín-
cipes ímpéran, & Po-
téntes decérnunt justí-
tiam. Ego diligéntes
me dílico, & qui ma-
nè vigilant ad me, invé-
nient me.

℟. Sancta & imma-
culáta Virginitas, qui-
bus te laúdibus éffe-
ram, néscio : * Quia
quem cœli cápere non
póterant, tuo grémio
contulísti.

℣. Benedícta tu in
muliéribus, & benedíctus fructus ventris
tui. Quia.

Lectio II.

MEcum sunt diví-
tiæ, & glória,
opes supérbæ & justi-
tia. Mélior est enim
fructus meus auro &

lápide pretioso, & geníni Deum & hóminem.
 nímina mea argénto
 élécto. In viis justitiæ
 ámbulo, in médio se-
 mitárum judicii, ut
 dítem diligéntes me,
 & thesaúros eórum ré-
 pleam. Dóminus pos-
 sédit me in ínicio viá-
 rum suárum, ánte-
 quám quidquam fáce-
 ret à principio. Ab
 ætérno ordináta sum,
 & ex antiquis ánte-
 quám terra fieret. Non
 dûm erant abyssi, &
 ego jam concépta
 eram: necdum fontes
 aquárum erúperant:
 necdum montes gravi
 mole constiterant: an-
 te colles ego parturié-
 bar.

R. Congratulámini
 mihi omnes, qui dilí-
 gitis Dóminum, quia
 cùm essem párvula,
 plácui Altissimo: * Et
 de meis viscéribus gé-

y. Beátam me dicent
 omnes generatíones,
 quia ancíllam húmi-
 lem respéxit Deus. Et
 de meis.

Lectio III.

B Éatus homo, qui
 audit me, & qui
 vigilat ad fores meas
 quotidie, & obsérvat
 ad postes óstii mei. Qui
 me invénerit, invéniet
 vitam, & haúriet salú-
 tem à Dómino: qui au-
 tem in me peccáverit,
 lædet ánimam suam.
 Omnes qui me odérunt
 diligunt mortem. Sa-
 piéntia ædificávit sibi
 domum, excídít co-
 lúmnas septem, immo-
 lávit víctimas suas, mis-
 cuit vinum & propó-
 sit mensam suam.
 Misit ancíllas suas ut
 vocárent ad arcem, &
 ad mœnia civitatis: Si

quis est párvulus , véniat ad me. Et insipiéntibus locúta est : veníte , comédite panem meum , & bóbite vi- num , quod misciui vo- bis.

R. Beáta es , Virgo María , quæ Dómi- num portásti Creatórem mundi : * Genuis- ti qui te fecit , & in ætérnū pérmanes Virgo.

V. Ave , María , grátia plena : Dómi- nus tecum. Genuisti. Glória Patri. Genuis- ti.

In secundo Nocturno.

V. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

R. Deus in médio ejus non commovébitur.

Lectione IV.

Sermo Sancti Bernárdi Abbátis.

Ex homil. 2. super Missus est , circa finem.

ET nomen , inquit , Virginis , María. Loquámur pauca , & super hoc nōmine , quod interpretátum Maris Stella dicitur , & Matri Virginī valdē conveniénter aptátur. Ipsa namque aptissime sideri comparátur. Quia sicut sine sui corruptiōne sidus suum emittit rádium , sic absque sui læsiōne Virgo parturivit filium , nec sideri rádius suam minuit claritatem , nec Virginī filius suam integritatēm. Ipsa est igitur nóbilis illa stella ex Jacob orta , cuius rádius univérsum orbem illúminat , cuius splendor , & præfulget in supérnis , & inferos pénetrat , terras étiam perlústrans , & calefáciens magis men- tes , quām córpora ,

fovet virtutes, exco-
quit vitia. Ipsa, inquam,
est præclara & exi-
mia stella super hoc
mare magnum & spa-
tiolum necessariò su-
blevata, micans méritis,
illuistrans exémplis.

R. Sicut cedrus exal-
tata sum in Libano,
& sicut cypræsus in
monte Sion : quasi
myrrha élæcta, * Dedi
suavitatem odoris.

V. Et sicut cinnamó-
mum, & balsamum
aromatizans. Dedi sua-
vitatem odoris.

Lectio V.

Quisquis te in-
telligis in hujus
sæculi profluvio magis
inter procéllas, &
tempestates fluctuare,
quam per terram am-
bulare, nè avertas ócu-
los à fulgore hujus si-
deris, si non vis obrui-

procéllis. Si insurgant
venti tentatiōnum, si
incúrras scópolos tri-
bulatiōnum, respice
Stellam; voca Mariam.
Si iracundia, aut ava-
ritia, aut carnis illé-
cebra naviculam con-
cússerit mentis, respi-
ce ad Mariam. Si
criminum immanitatem
turbatus, consciéntiæ
fœditatem confusus, ju-
dicii horrore perterri-
tus, báraphro incípias
absorbéri tristitiæ, &
desperationis abyssō,
cogita Mariam.

R. Quæ est ista, quæ
procéssit sicut Sol, &
formosa tanquam Je-
rusalem : * Vidérunt
eam filiæ Sion, &
beátam dixérunt, & re-
ginae laudavérunt eam.

V. Et sicut dies ver-
ni circúmdabant eam
flores rosárum ; & lilia
convallium. Vidérunt.

Lectio VI.

Lectio VI.

IN periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca: non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deferas conversatioñis exemplum. Ipsam sequens non devias; Ipsam rogans non desperas; Ipsam cogitans non erras; Ipsâ tenente non corruis; Ipsâ protegente non metuis; Ipsâ duce non fatigaris; Ipsâ propitiâ pérvenis, & sic in te metipso experiris quām méritò dictum sit: Et nomen Virginis Maria. Quod quidem venerabile Nomen, jam pridem in quibūdam Christiani orbis partibus speciali ritu cultum, Innocentius

Undécimus Romanus Pónifex, ob insignem victoriā sub ejusdem Virginis Mariæ præsidio de immanissimo Turcarum Tyranno cervicibus Pópoli Christiáni insultante, Viennæ in Aústria partam, & in perenne tanti beneficii monuméntum; in Ecclésia Universali singulis annis Dominicâ infra Octavam Nativitatis Beatae Virginis Mariæ celebrari præcepit.

R. Ornátam monili- bus filiam Jerúalem Dóminus concupivit: * Et vidéntes eam filiæ Sion, beatissimam prædicavérunt, dicéntes: * Ungleuntu efsum nomen tuum.

X. Astigit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Et vidéntes.

B b,

**Gloria Patri. Unguén-
tum.**

In III. Nocturno.

¶. Elégit eam Deus,
& praelégit eam.

¶. In tabernáculo suo
habitare facit eam.

**Lectio sancti Evangé-
lii secundum Lucam.**

Lectio VII.

Cap. I.

IN illo tempore ,
Missus est Angelus
Gábriel à Deo in Ci-
vitátem Galilææ , cui
nomen erat Názareth,
ad Virginem despós-
tam viro , cui nomen
erat Joseph , de domo
David , & nomen Vir-
ginis María.

**Homilia Sancti Petri
Chrysólogi.**

Serm. 142. Annunt.

Audistis hodie ,
Fratres charíssi-
mi , Angélum cum
muliere de hominis re-
paratione tractantem.

Audistis agi , ut homo
cūsibus eiusdem quibus
dilapsus fuerat ad mor-
tem , rediret ad vitam.
Agit cum María An-
gelus de salúte , quia
cum Eva Angelus ége-
rat de ruina . Audistis
Angelum de carnis
nostræ limo Templum
divinæ Majestati arte
ineffabili construen-
tem . Audistis in terris
Deum , in cœlis hó-
minem sacramento in-
comprehensibili col-
locari . Audistis inau-
ditâ ratione in uno cór-
pore Deum hominém-
que miscéri . Audistis
frágilem nostræ carnis
natúram ad portandam
totam Deitatis gloriā
Angelicâ exhortatione
roborari .

¶. Felix namque es ,
sacra Virgo María , &
omni laude dignissi-
ma : * Quia ex te or-

cus est Sol justitiae, Christus Deus noster. ¶ Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto foemineo sexu, sentiant omnes tuum iuvamen, quicunque celebrant tuam sanctam commemorationem. Quia ex te.

Lectio VIII.

Denique ne tanto ponderi cœlestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum, virga tenuis frangeretur, fugitura mentum vox Angeli mox præcessit dicens: Nè timeas, María. Ante causam dignitas Virginis annunciatur ex nomine; nam Marii Hebreo sermone, latine Dómina nuncupatur.

Vocat ergo Angelus Dóminam; ut Dominatris Genitricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci & vocari Dóminam ipsa sui gérminis fecit & impetravit autóritas. Nè timeas, María, invenisti enim gratiā; verum est, quia quā invénit gratiā, nescit timere: Invenisti gratiā.

¶. Beátam me dicent omnes generations: * Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

¶. Et misericordia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit. Glória Patri. Quia fecit.

Lectio 9. de Homil.
Dom. occurr.

Si autem idem Officium juxta Rubric. Breviar. Rom. trans-

ferendum sit , nona Ad Benedictus Antiph.
Lectio sumat. eo anno Beata es , Maria ,
ex Officio B. Mariæ in quæ credidisti ; perfisi-
entur in te , quæ dicta sunt tibi à Dómino ,
Sabbato mensis Sep- alleluia .

Ad Laudes & per
Horas Antiph. Dum
esset Rex , &c. cum
reliquis ut in Officio
B. Mariæ in Sabb. Ca-
pitul. Ab initio. Hym-
nus O Gloriósa. ¶.
Diffusa est grácia in
labiis tuis.


v. Propterea benedíxit te Deus in æter-
num.

Beata es , Maria ,
quæ credidisti ; perfisi-
entur in te , quæ dicta sunt tibi à Dómino ,
alleluia .

Orat. Concéde , quæ-
sumus , ut suprà , dein-
de fit com. Dom. occurr.

In secundis Vesp.
omnia ut in i. præter
Ant. ad Magnif. Beá-
tam me dicent omnes
generaciónes , quia an-
cillam húmilem respé-
xit Deus , alleluia .

Com. Dom. tantum.



DIE XXIV. SEPTEMBRIS.

IN FESTO B.V. MARIAE DE MERCEDE
Redemptionis Captivorum,

Duplex majus.

*Omnia ut in festo B. Marie ad Nives, die V.
Augusti, præter hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui per Gloriostissimam Filii tui Matrem ad liberandos Christi fidèles à potestate Paganorum, novâ Ecclésiam tuam prole amplificare dignatus es: præsta, quæsumus, ut quam piè venerámur tanti operis institutricem, ejus páriter méritis & intercessione, à peccatis omnibus & captivitate dæmonis liberémur. Per eumdem Dóminum.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Quo tempore major feliciorque Hispaniarum pars diro Sarracenorum opprimebatur jugo, innumerique fidèles sub immanni servitute, maximo cum periculo Christianæ fidei abjurandæ, amittendæque salutis æternæ, infelicitate detinebantur, beatissima cœlorum Regina, tot tantisque benigniter occurrentis malis, nimiam charitatem.

tem suam in iis rediméndis osténdit. Nam Sancto Petro Noláscó pietatē & opibus florénti, qui sanctis vacans meditationibus, jūgiter ánimo recognítabat, quā ratione tot Christianórum ærúmnis sub Maurórum captivitatē degéntium succurri posset, ipsamet beatissima Virgo, serénâ fronte se conspiéndam dedit; & acceptissimum sibi, ac Unigénito suo Filio fore dixit, si suum in honórem instituerétur Ordo Religiosórum, quibus cura incúmberet captivos è Turcárumb tyránnide liberandi. Quā cœlesti visióne vir Dei recreátus, mirum est quo charitatis ardore flagráre cœperit, hoc unum servans in corde suo,

ut ipse ac instituénda ab eo Religio máximam illam charitatem sédulò exercérent, ut quisque ánimag suam póneret pro amicis & próximis suis.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypréssus in monte Sion: quasi myrrha élæcta: * Dedi suavitatem odoris.

Y. Et sicut cinnamónum & bálsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

Lection V.

Ea ipsâ nocte, éadem Virgo sanctissima Beato Raymundo de Pénnafort, & Jacóbo Aragóniæ Regi appáruit, id ipsum de Religiósis instituéndis admonens, suadénsque, ut opem pro constructione tanti óperis ferrent. Petrus

autem státim ad Ray-
mundi pedes , qui ipsi
erat à sacris Confessió-
nibus, ádvolans, ei rem
omnem apéruit , quem
étiam cœlitus instrúc-
tum réperit , ejusque
directíoni se humili-
mè subjécit. At super-
véniens Jacóbus Rex ,
quam & ipse accépe-
rat à beatissima Virgi-
ne revelatiōnem éxe-
qui státuit. Unde col-
latis inter se consiliis ,
& consentiéntibus áni-
mis , in honórem ejus-
dem Virginis Matris ,
Ordinem instituere ag-
gréssi sunt sub invoca-
tiōne Sanctæ Mariæ de
Mercéde Redemptiō-
nis Captivórum.

R. Quæ est ista , quæ
procésit sicut Sol , &
formosa tanquam Je-
rusalem : * Vidérunt
eam Filiæ Sion , &
beátam dixérunt , &

Reginæ laudavérunt
eam.

R. Et sicut dies ver-
ni circumdabant eam
flores rosárum , & lí-
lia convállium. Vidé-
runt eam.

Lectio VI.

Die igitur décimâ
Augústi , anno
Dómini millésimo du-
centésimo décimo-oc-
tavo , Rex idem Jacó-
bus eam institutionem
jampridem ab iisdem
sanctis viris concép-
tam éxequi státuit ,
Sodálibus quarto voto
adstrictis manéndi in
pignus sub Paganórum
potestate , si pro Chris-
tianórum liberatione
opus fuerit. Quibus
Rex ipse arma sua ré-
gia in pectore defér-
re concéssit , & à Gre-
gório Nono illud tam
præcelléntis erga pró-
ximum charitatis insti-

BIB



tutum & Religiónem
confirmári curávit. Sed
& ipse Deus per Vir-
ginem Matrem incre-
mémentum dedit, ut ta-
lis institútio celérius,
ac felicius totum per
orbem divulgarétur,
sanctisque viris floré-
ret, charitáte ac pie-
tate insignibus, qui
eleemosynas à Christi
fidélibus colléctas in
prétium Redemptiónis
suórum proximórum
expénderent, seque
ipsos intérsum darent
in Redemptónem mul-
tórum. Ut autem tan-
ti benefíci, & insti-
tutionis, débitæ Deo
& Virgini Matri refe-
rántur grátia, Sedes
Apostólica hanc pecu-
liarem Festivitátem
celebrári, & Officium
recitári indúlsit, cùm
alia ferè innúmera éi-

dem Ordini privilégia
páriter contulisset.

X. Ornátam moní-
libus Fíliam Jerúsa-
lím Dóminus concu-
pivit: * Et vidéntes
eam Fília Sion, beatí-
simam prædicavérunt,
dicéntes: * Uguén-
tum effusum nomen
tuum.

X. Astigit Regína à
dextris tuis in vestitu
deauráto, circúmdata
varietáte. Et vidéntes.
Glória Patri. Uguén-
tum.

*Missa de eadem B.
Maria ad Nives.*

*In secundis Vesp.
omnia ut in I.*

Ant. ad Magnif.
Beátam me dicent
omnes generatíones,
quia ancíllam húmi-
lem respéxit Deus,
allelúia.

DIE



DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SANCTI EXUPERII
Episcopi Tolosani & Confessoris,

Duplex majus.

Omnia de Comm. Conf. Pont. præter hæc quæ sequuntur.

ORATIO.

OMNIPOTENS sem-
pitérne Deus ,
qui Beátum Exu-
pérum Confessórem
tuum atque Pontificem
doctrínis ac virtútibus
clarére fecísti : concé-
de plebi tuæ , ut ejus
assiduâ intercessióne ,
párticeps fiat cœlestis
gratiæ. Per Dóminum
nostrum.

Lectio IV.

De Epistola Sancti
Hierónymi Presby-
teri , ad Rústicum
Mónachum.

SANCTUS Exupérius
Tolósæ Episcopus ,
viduæ Sareptensis imi-
tator , esuriens pascit
álios , & ore pallente
jejuniis , fame torqué-
tur alienâ , omnémque
substântiam Christi
viscéribus erogávit .
Nihil illo dítius , qui
corpus Dómini canis-
tro vimineo , sanguis-

Cc

*In primo Nocturno
Lect. de Script. occurrit.*

In secundo Nocturno.

nem portat in vitro.

Qui avaritiam ejécit è templo , qui absque funiculo & increpatiōne , cáthedras vendéntium columbas , id est , dona Sancti Spíritūs , mensāsque subvértilt , mammónæ , & nummulariorum æra dispérfit , ut domus Dei , domus vocétur oratiōnis , non latrónum spelúnca . Hujus è vicino sectare vestigia , & cæterorum qui virtútum illius similes sunt , quos sacerdótium & humiliores facit , & paúperes .

R. Invéni David servum meum , óleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliabitur ei .

¶. Nihil proficiet inimicus in eo , & filius iniquitatis non nocébit ei . Manus enim mea

Lectione V.

De ejusdem Sancti Hierónymi Presbyteri Epistola ad Geruntiam víduam .

QUOD rari hucusque residémus , non nostri mériti , sed Dómini misericórdia est . Innumerábiles & ferocíssimæ Natiónes univérsas Gállias occupáunt . Quidquid inter Alpes & Pyrenæum est , quod Océano & Rheno inclúditur , Quadus , Vvandalus , Sármata , Aláni , & (o lugénda relípublica) hostes Pan-nónii vastárunt . Etenim Assur venit cum illis . Maguntiacum nóbilis quondam cívitas capta atque subvérsa est , & in Ecclésia multa hóminum millia trucidáta .

R. Pósui adjutórium

Super poténtem , & sum absque lácrymis exaltávi éléctum de Tolósæ facere mentiónem , quæ ut hucúsque non rueret , Sancti Episcopi Exupérii mérita præstítérunt.

X. Invéni David serum meum , óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio VI.

V Angíones longâ obsidíone deléti , Rhemórum urbs præpotens , Ambiáni , Atrébatæ , extremi- que hóminum Mórini , Tornácas , Nemétes , Argentorátus transláti in Germániam. Aquitániæ , Novémque populórum , Lugdunén- sis & Narbonénsis pro- vínciæ , præter paucas urbes populáta sunt ómnia : quas & ipsas foris gládius , intus vastat fames. Non pos-

X. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est , & omnis terra doctrinæ ejus repléta est : * Ipse intercédat pro pec- cátis ómnium populórum.

X. Iste est qui con- témpsit vitam mundi , & pervénit ad coeléstia regna. Ipse intercé- dat. Glória Patri. Ipse intercédat.

In tertio Nocturno
Hom. in Evang. Ho- mo péregrè , de Com- muni.

In Missa quæ est ,
Státuit , dicuntur , Cre- do.



DOMINICA I. OCTOBRIS.

*IN FESTO S A N C T I S S I M I
Rosarii Beatæ Mariæ Virginis,*

Duplex majus.

*Omnia ut in festo B. Mariæ ad Nives die V.
Augusti, præter hæc quæ sequuntur.*

Ant. ad Magnificat. tens Deus , benigno
Sancta Maria , succür- favore proféquere ,
re misericordia , juva pusil- quātenus ita ipsius sa-
lānimes , réfove flébi- cra mystéria contem-
les , ora pro populo , plémur in terris , ut
interveni pro clero , post hujus vitæ cursum ,
intercéde pro devóto eorum fructus percípe-
fœmineo sexu , sén- re mereámur in cœlis .
tiant omnes tuum ju- Qui vivis & regnas
vámen , quicúmque cé- cum Deo Patre in uni-
lebrant tuam sanctam tate Spíritus sancti
Solemnitátem. Deus , per ómnia sæ-
cula sæculórum .

ORATIO.

SOlemnitétem Ro-
sárii Beatissimæ
Virginis Mariæ Gene-
tricis tuæ celebrántes ,
quæsumus , omnipo-

Fit com. Dom. occur.
In secundo Nocturno.
Sermo Sancti Augus-
tini Episcopi.
Sermon. 18. de Sanc-

*tis, qui est 22. de myrra electa : * Dedi Annunc. Dominica.*

Lectione IV.

Adest nobis, Domine, lectissimi, optatus dies beatæ ac venerabilis semper Virginis Mariæ : ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra tantæ Virginis illustrata Solemnitate. Hæc est enim flos campi, de qua ortum est pretiosum lilyum convallium, per cuius partum mutatur natura protoplastorum, deletur & culpa. Præcisum est in ea illud Hevae infelicitatis elogium, quo dicitur: in dolore paties filios tuos; quia ista in latitia Dominum pèperit.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano,

& sicut cypræsus in monte Sion : quasi procœdit sicut Sol, &

suavitatem odoris.

¶. Et sicut cinnamonum & balsamum aromatizans. Dedi.

Lectione V.

Heva enim luxit, ista exultavit : Heva lacrymas, Maria gaudium in ventre portavit ; quia illa peccatorem, ista edidit innocentem. Mater generis nostri poenam intulit mundo, Génitrix Domini nostri salutem intulit mundo : Auctrix peccati Heva, auctrix mériti María. Heva occidendo obfuit, María vivificando profuit. Illa percussit, ista sanavit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur, fides pro perfidia compensatur.

R. Quæ est ista quæ

formósa tanquam Jerú-salem? * Vidérunt eam filiæ Sion, & beátam dixérunt, & Reginæ laudavérunt eam.

¶. Et sicut dies ver-ni circúmdabant eam flores rosárum, & lí-lia convállium. Vidé-runt eam.

Lectio VI.

PLausat nunc ór-ganis María, & inter velóces articu-los tympana Puérperæ cóncrepent. Cónci-nant létantes chori, & alternántibus mó-dulis dulcísona cármí-na misceántur. Audi-te igitur quemádmo-dum tympanistria nos-tra cantáverit. Ait enim: Magnificat áni-ma mea Dóminum: & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Quia respéxit humili-tatem ancillæ suæ: ec-

ce enim ex hoc beá-tam me dicent omnes genera-tiones. Quia fe-cit mihi magna qui po-tens est. Causam igi-tur invalescéntis errati miráculum novi partùs evicit, & Hevæ planc-tum Mariæ cantus ex-clúsit.

¶. Ornátam moni-libus filiam Jerú-salem Dóminus concupivit: * Et vidéntes eam filiæ Sion, beáissimam præ-dicavérunt, dicén-tes: * Unguéntrum ef-fusum nomen tuum.

¶. Astitit Regína à dextris tuis in vestitu deauráto, circúmdata varietáte. Et vidéntes. Glória Patri. Unguén-tum.

Nona Lectio legitur de Homil. Dom. occurr. & fit com. ejusd. in Laud. & Missa, que est de eadem B. Maria ad

*Nives, cum orat. pro- Ant. ad Magnificat.
pr. & in Präf. dicit. Et Beátam me dicent om-
te in Solemnitáte, cum nes generationes, quia
Evang. Dom. in fine. ancillam húmilem re-
In secundis Vesp. pexit Deus, alleluia.
omnia ut in primis. Fit com. Dominicæ.*



DIE X. OCTOBRIS.

*IN FESTO SANCTI FRANCISCI
Borgiae Confessoris,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi Confessoris non Pontif.
præter hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

Domine Jesu-
Christe, veræ
humilitatis & exém-
plar & præmium :
quæsumus, ut sicut
Beátum Franciscum in
terrèni honoris con-
temptu imitatorem tui
gloriósum effecisti ; ita
nos ejusdem imitatió-
nis gloriæ tribuas esse

consortes. Qui vivis
& regnas.

In primo Nocturno.

Lect. de script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lection IV.

Franciscus Gán-
diæ Dux Quartus,
Joánnâ Aragóniâ Fer-
dinandi Cathólici nep-
te génitus, post pue-
rilem ætatem inter-

domésticos mirâ innocentia & pietate transactam in Aula primum Cároli Quinti Cæsaris, mox in Catalauniæ administratio-ne admirabilior fuit Christiana virtutis & vitæ austerioris exemplis. Ad Granatense sepulchrum Isabellam Imperatricem cùm detulisset, in ejus vultu fœde commutato, mortaliū omnium caducitatem relegens, voto se astrinxit, rebus omnibus, cùm primum liceret, abjectis, Regum Regi unicè serviendi. Inde tantum virtutis incrementum fecit, ut inter negotiorum turbas, religiosæ perfectionis simillimam imáginem referens, Miraculum Prícipum appellaretur.

v. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

v. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio V.

MOrtuâ Eleonorâ de Castro coniuge, ingrüssus est Societatem Jesu, ut in ea latéret secúrius, & præcluderet dignitatibus aditum, interpolatâ voti religione: dignus quem & viri principes complures in amplectendo severiori instituto fuerint secuti, & Cárolus Quintus ipse in abdicando Império hortatórem aut sibi ducem extitisse non diffiteretur. In eo arctioris

arctioris vita studio, Franciscus jejuniis, catenis ferreis, asperrimo cilicio, cruenter longisque verberationibus, somno brevissimo, corpus ad extremam usque maciem rededit; nullis praeterea parcens laboribus ad suam victoriam, & ad salutem animarum. Tot itaque instructus virtutibus, a Sancto Ignatio primum Generalis Commissarius in Hispaniis, nec multo post Praepositus Generalis Tertius a Societe universa, licet invitatus, eligitur. Quo in munere Principibus ac Summis Pontificibus prudentia ac morum sanctitate apprime charus, praeter complura vel condita, vel aucta ubique domicilia, socios in reg-

num Poloniæ, in Insulas Oceani, in Mexicanam & Perunam provincias invexit: missis quoque in alias regiones Apostolicis Viris, qui prædicacione, sudoribus, sanguine, Fidem Catholicam Romanam propagarunt.

v. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum.

v. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio VI.

DE se ita demissè sentiebat, ut peccatoris nomen sibi proprium faceret. Romanam purpuram, a Summis Pontificibus saepius oblatam, invicta humilitatis conf-

tântiâ recusâvit. Vértere fôrdes , emendicâre viëtum ostiâtim , ægris ministrâre in nosocômiis , mundi ac sui contémptor in deliciis hábuit. Singulis diébus multas contûnenter horas , frequenter octo , quandoque decem , dabat cœlestium contemplatiôni. Cénties quotidie de genu Deum adorâbat. Nunquàm à sacrificândo abstînuit : prodebatque sese divinus quo æstuábat ardor , ejus vultu sacram Hóstiam offeréntis aut concionântis intér dum radiante: Sanctissimum Christi Corpus in Eucharistia latens , ubi asservarétur , instinctu cœlesti sentiébat. Cardinali Alexandrino ad conjungéndos contra Turcam Christianos

Príncipes Legáto comes additus à Beato Pio Quinto , arduum iter , fractis jam penne viribus , suscepit ex obediéntia , in qua & vitæ cursum Romæ , ut optárat , feliciter consummávit , anno ætatis suæ sexagésimo secundo , salutis verò millésimo quingentésimo septuagésimo secundo. A Sancta Thérésia , quæ ejus utebatur consiliis , Vir Sanc tus ; à Gregório Décimo-tértio Fidélis Adminíster appellátus : demum à Cleménte Décimo plûribus magnisque clarus miráculis , in Sanctórum númerum adscriptus.

R. Iste homo perfecit ómnia quæ locutus est ei Deus , & dixit ad eum : ingrédere in réquiem meam : *

Quia te vidi justum co-
ram me ex omnibus
géntibus.

V. Iste est qui con-
tempsit vitam mundi ,
& pervénit ad cœlestia
regna. Quia te vidi.

Glória Patri. Quia te
vidi.
*In tertio Nocturno ,
Homil. in Evang. Ec-
ce nos reliquimus óm-
nia , ut in Commun.*
Abbat.



DIE XIII. OCTOBRIS.

*IN FESTO SANCTI EDUARDI
Regis Angliae , Confessoris ,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi Conf. non Pontif. præter
ea que sequuntur.*

ORATIO.

Deus , qui Beá-
tum Regem E-
duárdum Confessorem
tuum æternitatis gló-
riâ coronásti : fac nos ,
quæsumus , ita eum
venerari in terris , ut
cum eo regnare possí-
mus in cœlis. Per Dó-
minum.

*In primo Nocturno ,
Lect. de Scriptura occur.*

In secundo Nocturno .

Lectio IV.

Eduárdus cognos-
mento Confessor ;
nepos Sancti Eduárdi
Regis & Mártyris ,
Anglo-Saxónum Re-
gum últimus , quem
futúrum regem Bri-
D d ij

tualdo viro sanctissimo
in mentis excéssu Dó-
minus demonstrávit ,
decénnis à Danis An-

gliam vastantibus quæ-
situs ad necem , exu-
lare cōgitur apud
Avūnculum Normá-
niæ Ducem , ubi in
mēdiis vitiōrum illé-
cebris talem se exhibi-
bit integritatē vitæ
mortuūque innocén-
tiā , ut ómnibus admi-
ratíoni esset. Elúxit
in eo , vel tum , mira
pietas in Deum ac res
divinas ; fuitque ingé-
nio mitissimo , atque
ab omni dominandi
cupiditatē alieno , cu-
jus ea vox fertur , mal-
le se Regno carere ,
quod sine cæde & sán-
guine obtinéri non
possit.

Bz. Honéustum fecit
illum Dóminus , & cus-
todivit eum ab inimicis ,

& à seductóribus
tutávit illum : * Et de-
dit illi claritatēm æter-
nam.

¶. Justum deduxit
Dóminus per vias rec-
tas , & ostendit illi reg-
num Dei. Et dedit illi.

Lectio V.

E X̄iñctis mox Ty-
ránnis , qui frá-
tribus suis vitam &
Regnum eripuerant ,
revoçátur in pátriam ,
ubi summis ónnium
votis & gratulatiōne
Regno potitus , ad
hostilium irátum de-
lenda vestigia totum
se convértit , à sacris
exórsus , ac Divórum
Templis , quorum ália
à fundaméntis eréxit ,
ália refécit , auxitque
reddítibus ac privilé-
giis , in eam curam po-
tissimum inténtus , ut
reflorésceret collápsa
Religio. Ab aulæ Pro-

céribus compúlsum ad nuptias , constans est assértio Scriptórum , cum Virgine sponsa virginitátem in matri- mónió servásse. Tantus in eo fuit in Chri- tum amor & fides , ut illum aliquando inter Missárum solémnia vi- dére meruerit blando vultu & divinâ luce fulgéntem. Ob pro- fúsam charitátem , or- phanórum & egenó- rum pater passim dice- bátur , nunquam læ- tior , quām cùm Ré- gios thesaúros exhau- sisset in paúperes.

R. Amávit eum , Dóminus , & ornávit eum : stolam gloriæ in- duxit eum : * Et ad por- tas paradísi coronávit eum.

V. Induit eum Dó- minus loricam fidei , & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Prophétiae dono illústris , de An- gliæ futúro statu multa cœlitus prævidit , & illud imprímis memo- rabile , quòd Suvéyni Danórum Regis in ma- re demérsi mortem , dum Angliam invadén- di ánimo classem con- cénderet , eodem quo áccidit moménto , di- vinitùs intelléxit. Joán- nem Evangelistam mi- rificè coluit , nihil cui- quam , quod ejus nó- mine peterétur , negá- re sólitus. Cui olim , sub lácera veste , suo nómine stipem rogá- ti , cùm nummi deés- sent , detráctum ex dí- gito annulum porré- xit , quem Divus non ita post multò Eduár- do remisit , unà cum nuntio secuturæ mor- tis ; quare Rex , in-

dicētis pro se prēcibus ,
ipso ab Evangelista
prædicto die , pūlissimè
obiit . Nonis videlicet
Januarii , anno salutis
millēsimō sexagésimo
sextō , quem sequenti
sæculo , Alexánder
Papa Tertius , miraculis
clarum , Sanctórum
fastis adscripsit . At
ejus memoriām Inno-
centius Undécimus of-
ficio pùblico per uni-
versam Ecclésiam eo
die celebrari præcepit ,
quo annis ab obitu sex
& triginta translatum
ejus corpus , incorrúp-
tum , & suavem spi-

rans odorem repertum
est .

R. Iste homo perfec-
cit omnia quæ locú-
tus est ei Deus , & di-
xit ad eum : ingrédere
in réquiem meam : *
Quia te vidi justum co-
ram me ex omnibus
gentibus .

V. Iste est qui con-
tempfit vitam mundi ,
& pervenit ad coelés-
tia regna . Quia te .
Glória Patri . Quia te .

*In tertio Nocturno ,
Homilia in Evangel.
Sint lumbi , &c. de
Comm.*



DIE XVI. OCTOBRIS.

*IN FESTO SANCTI BERTRANDI
Episcopi & Confessoris,*

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter hæc
que sequuntur.*

ORATIO.

DA, quæsumus, Omnipotens Deus, ut Beati Bertrandi Confessoris tui atque Pontificis veneranda solennitas, & devotio- nem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum.

*In primo Nocturno,
Lect. de Script. occurrit.
In secundo Nocturno.*

Lectio IV.

Bertrandus Convenarum Episcopus, patrem habuit nobilissimum virum in

Vascónibus Athónem Raymúndum, matrem verò filiam Guillémi Cómitis Tolosani. Natus est apud Ictium Castrum, quod Jordánis Insula in præsens vocatur. Licet à pueritia virtutis amantissimus fuerit, militiae tamen adolescens nomen dedit, sed animi integritate tantâ, ut inanem gloriam, rapiñas, audaciā, & alia id genus flagitia militibus familiaria à se procul amandaret. Suis

ópibus egenórum inópiam sublevábat , in álios satis liberális. His ártibus nobílum ignobiliumque grátiam sibi conciliábat.

R. Invéni David servum meum , óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶. Nihil proficiet ini-
micus in eo , & filius
iniquitatis non nocébit ei. Manus enim.

Lectio V.

IN tanta bonorum & honórum , qui-
bus in sæculo gaudébat , affluéntia , cùm
tránsgredi posset , non est transgréssus. Imò
Beátum Martínum imi-
tátus , cíngulum mili-
tare abjécit , militiae
pertæsus. Quare quæ
sursum sunt quæsitú-
rus , Ecclésiæ Tolosánæ
Canonicórum regulá-

rium cœtuī religióso se adjúnxit ; in quo pietati , prudétiæ , si-
lentio , & disciplína Religiósæ fédulam
óperam navávit. Char-
titate & humilitáte
cunctórum ánimos &
benevoléntiam sibi de-
vinciébat. Archidiá-
coni Tolosáni gradu
insignitus , tam strénuè
hujus dignitatis partes
obívit , ut Convená-
rum Epíscopo mórtuo ,
unum Bertrándum sibi
postuláret in Antistí-
tem univérsus Conve-
nárum Clerus.

R. Pósui adjutórium
super poténtem , &
exaltávi éléctum de
plebe mea : * Manus
enim mea auxiliabitur
ei.

¶. Invéni David ser-
vum meum , óleo sancto
meo unxi eum. Ma-
nus enim.

Lectio

Lectio VI.

Sic Convenárum
Præsul renunciá-
tus, à Guillémo Aus-
citáno Archiepíscopo
Avúnculo suo, in Di-
væ Mariæ Auscitánæ
Templo, charactérem
& insignia consecra-
tionis accépit. Inde
ad gregem suum cùm
se recepisset, Cathedrálē
Templum claus-
tro cingi curávit. Ca-
nonicórum Sancti Au-
gustini régulam profi-
téntium cœtum in eo
coëgit: Clero & pô-
pulo vitæ exém-
plo prælucére stûduit.
Diœcésim, Parœcias
singulas adeúndo, vi-
gilantíssimus obivit.
Quod officii genus,
cùm jam senex, sédu-
lus tamen urgéret, in
febrim lapsus, ad Ec-
clésiam Cathédrálem

deférri voluit. Ibi cùm
Deo & Deiparæ Vir-
gini ánimam commen-
dásset, suósque ponti-
ficiá benedictióne mu-
nivisset, sanctitáte clau-
rus diem clausit extré-
mum.

R. Iste est qui ante
Deum magnas virtutes
operátus est, & omnis
terra doctrinâ ejus re-
pléta est: * Ipse inter-
cédat pro peccátis
ómniū populórum.

¶. Iste est qui con-
tempsit vitam mundi,
& pervénit ad cœlés-
tia regna. Ipse inter-
cédat. Glória Patri.
Ipse intercédat.

In tertio Nocturno.
Homil. in Evang. Ho-
mo péregré, de Com-
mun. Conf. Pontif.

Missa, Státuit, de
Comm.

DIE XVII. OCTOBRIS.

IN FESTO SANTÆ HEDUVIGIS
Reginæ Poloniæ, Viduae,

Semiduplex.

*Omnia de Commun. nec Virg. nec Mart. præter
hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui Beátam Heduvigem à sæculi pompa, ad húmilem tuæ Crucis sequélam toto corde transire docuisti: concéde ut ejus méritis & exémplo discámus perituras mundi calcáre delicias, & in ampléxu tuæ Crucis ómnia nobis adversántia superare. Qui vivis & regnas.

In primo Nocturno.

Lect. de Script. occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Heduvigis Régiis clara natálibus, innocéntiâ tamen vita longé clárior, Sanctæ Elisabeth Filiæ Regis Hungáriæ matérterea, Bertoldi & Agnétis Moráviæ Marchiónum Filia, ánni ab ineúnte ætate moderationem protulit; adhuc enim puéllula puerilibus abstinuit; & duodénnis Henrico Poloniæ Ducí à paréntibus nuptiis trádita, tháلامi fide sancte servatâ, prolem

indè suscéptam in Dei de, prósperè procéde,
timore erudívit. Ut & regna. Et deducet
autem commódiùs Deo te.

vacáret, ex pari voto
& consénsu unánimi
ad separationem thori
virum induxit ; quo
defuncto, ipsa in Mo-
nastério Trebicénsi ,
Deo, quem assíduis pré-
cibus exoráverat, ins-
pirante, Cisterciensem
devóta sumpsit hábi-
tum; in eóque contem-
plationi inténta, Di-
vinis Officiis & Missá-
rum solémniis à Solis
ortu ad meridiem us-
que assídua assistens,
antiquum humáni gé-
neris hóstem fortis con-
témpsit.

R. Propter veritá-
tem, & mansuetúdi-
nem, & justitiam : *
Et deducet te mirabí-
liter déxtera tua.

V. Spécie tuâ & pul-
chritudine tuâ, intén-

Lectio V.

S Eculi autem com-
mércia , nisi di-
vína , vel animárum
salútem attíngerent ,
audire vel loqui non
sustinuit : prudéntiâ
in agéndis sic emicuit,
ut neque excéssus esset
in modo , nec error in
órdine : comis alióqui,
& mansuéta in próxi-
mum. Grandem au-
tem de se triúmphum
jejuniis , & vigiliis ,
vestiúmque asperitáte
austrâ carnem máce-
rans , repórtavit. Hinc
sublimioribus florens
virtútibus Christiánis ,
consiliórum gravitáte ,
animique candóre &
quiéte , in exímium
Religióse pietatis evá-
sit exémplar. Omni-
bus se ultrò subjicere ,

E e ij

atque vilióra præ cæ-
teris Monialibus alá-
criter múnia subire ;
paupéribus étiam flexo
genu ministrare , le-
prosórum pedes ablue-
re & osculári , ipsi
familiáre erat ; neque
illórum úlcera sánie
manántia sui viútrix
abhórruit.

R. Dilexisti justi-
tiam , & odisti iniqui-
tatem : * Proptéreà
unxit te Deus , Deus
tuus óleo lætitiae.

V. Propter veritá-
tem , & mansuetúdi-
nem , & justitiam.
Proptéreà.


Lection VI.

Mira fuit ejus pa-
tiéntia animique
constántia ; præcipue
verò in morte Henrici
Ducis Silésiæ , sui
quem matérnè diligé-
bat filii , in bello à
Tártaris cæsi enítuit :

pótius enim grátias
Deo , quām filio lá-
crymas réddidit. Mi-
raculórum déniq[ue]
glóriâ percrébuit : pue-
rum enim demérsum ,
& molendini rotis alli-
sum , & prorsus atirí-
tum , invocáta vitæ
restituit , aliáque præ-
stitit , ut ritè iis Cle-
mens Quartus probá-
tis , Sanctórum nüme-
ro eam adscripserit ,
ejúsque festum in Po-
lóniâ , ubi præcipuâ
veneratiōne uti Patróna
cólitur , die déci-
mâ - quintâ Octóbris
celebrari concésserit ;
quod deinde ut déci-
mâ - séptimâ in tota
Ecclésia fieret , Inno-
céntius Undécimus
ampliávit.

R. Fallax grátia , &
vana est pulchritudo : *
Múlier timens Deum ,

¶. Date ei de fructu
mánuum suárum , & *In tertio Nocturno.*
laudent eam in portis *Homil. in Evangel.*
ópera ejus. Múlier ti- Simile est regnum cœ-
mens. Glória Patri. lórum thesáuro , *de*
Múlier timens. *Comm.*



DIE XXI. OCTOBRIS.

IN FESTO SANCTARVM URSULÆ
& Sociarum , Virginum & Martyrum.

Semiduplex in Diœcesi Tolosana.

*omnia de Commun. Virg. & Mart. præter
hac quæ sequuntur.*

*In utrisq. Vesp. ad
Magnif. & in Laud.
ad Benedict. ant.*

Prudéntes Virgines ,
aptáte vestras lámpa-
des ; ecce sponsus ve-
nit , exite óbiam ei.

¶. Adducéntur Re-
gi Virgines post eam.

R. Próximæ ejus af-
feréntur tibi.

ORATIO.

DA nobis , quæsu-
mus , Dómine
Deus noster , sanctá-
rum Virginum & Már-
tyrum tuárum , Ursu-
læ & Sociarum ejus ,
palmas incessábili de-
votíone vanerári ; ut
quas dignâ mente non
póssamus celebráre ,
humílibus saltē fre-

quentemus obsequiis. tannici Réguli , quem
Per Dóminum. Britannorum ducem

Fit com. s. Hilario-nis Abbat.

In primo Nocturno , Lect. de script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Gratiano Imperatore, Flavius Clemens Maximus, Romani exércitūs in Britanniā Dux , arréptā tyrannide , Imperátor à militibus acclamátur. Inde cópias in Gállias transmittens , ab infénsis Gratiáno legiónibus excéptus , Imperium sibi corróborat. Cumque Armodicórum uberem regiónem , ejēctis antiquis habitatoriis , Britanicis militibus , quos secum duxerat , divisisset : quod , novas colónias propagáret in póstero , Connáni Bri-

tannici Réguli , quem Britannorum ducem habébat in exércitu , consilio , missâ legatione in Británniam , singulis militibus novis colónis , singulas virgines conjúgio fœderandas póstularat.

*R. Propter veritatem , & mansuetudinem , & justitiam : * Et deducet te mirabiliter déxtera tua.*

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ , inténdé , prósperè procéde , & regna. Et deducet te.

Lectio V.

Huius Régulis absurda petitio : unde in gratiam novi Imperatoris , & quod filias suas nonnisi gentilibus suis , iisque donatis novâ Provinciâ prædiviti- bus honestissimè col-

locandas scirent, pro militibus delēctæ sunt Virgines, quarum Princ̄eps erat Ursula Dionóci Cornúbiæ Regis filia, desponsata Connáno Duci Britannórum militum in exercitu Máximi. Cunctæ igitur Londini colléctæ, impósitæ sunt invitæ naviis. Solvēntes nautæ dum Armoricorum régionem cōgitant, à s̄eva procélla in Germánicum littus projiciuntur.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Proptéreà unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae.

Y. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Prop téreà.

Lectio VI.

Contigit adesse tunc ibi Hunnó-

rum cópias, quas à Gratiáno Imperatóre advérsus Máximum evocatas ferunt. Nacti igitur Bárbari præcláras illas Virgines, impoténti libidinis æstu furéntes in eas irruunt. Sed cùm hor-tante Ursulâ mortem pótius oppétere quam virginei pudoris jactúram pati, invicto áni-mi vigore decrevissent, Hunni in rábiem im-manitatis convérsi, ad unam omnes trucidant. Sicque Ursula super cómitum suárum, ve-lut cœlestium mar-garitarum pretiósum acérvum, gloriósa víc-tima procúmbens, púrpurâ pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatorem tot Virginum exércitum, géminis, nempe Virginitatis & Martyrii.

lauraeis insignem du-
cens, cœlum victrix
intravit. Quarum cor-
pora Coloniensis sum-
mo honore condidé-
runt: earumque illus-
trem agonem Christia-
nus orbis florenti semi-
per memoriâ celebrat.

Bz. Afferentur Regi
virgines post eam, pró-
ximæ ejus: * Afferen-
tur tibi in lætitia &
exultatione.

Y. Spécie tuâ & pul-
chritudine tuâ, intén-
de, prósperè procéde


& regna. Afferentur
tibi. Glória Patri. Af-
ferentur tibi.

In tertio nocturno,
Homilia in Evangel.
Simile erit regnum
cœlorum decem virgi-
nibus, 9. Lect. s. Hil-
arionis, ex duabus
fiat una. In Laud.
com. s. Hilar.

Missa, Loquébar,
de Com. Virg. & Mart.
cum Epistola, De Vir-
ginibus præceptum,
& orationibus propriis.



DIE



DIE III. NOVEMBRIS.

IN FESTO SANCTI PAPULI
Martyris,

Semiduplex.

*Omnia de Communi unius Martyris, præter
haec quæ sequuntur.*

ORATIO.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui Beati Papuli Martyris tui natalitia cõlimus, intercessione ejus, in tui nominis amore roborémur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno.
Lect. de Script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Le^ctio IV.

Papulus adoléscens Antiochénus, cum Sancto Saturnino primo Tolosanorum Episcopo Ro-

mâ profectus, Tolosam civitatem ire cogitans, Carcassonæ à Carcassonensi judece Ruffino, in cácerem ambo conjésti, ope divinâ ex illo liberati, Tolosam tandem pervenérunt. Illic cùm plúrimos Evangélii face collastrássent, Saturninus Hispánias petiturus à Papulo discéssit, Tolosanumque gregem ipsi commendávit. Dum autem per biennium in illis oris moram facit Saturni-

F f

nus, strénuam óperam
Pápulus, tum Tolósæ,
tum vicinis in locis
amplificándo Christi
gregi navávit.

R. Honéstum fecit
illum Dóminus, &
custodívit eum ab ini-
mícis, & à seductóri-
bus tutávit illum : *

Et dedit illi claritátem
æternam.

Y. Descendítque cum
illo in fóveam, & in
vinculis non derelíquit
eum. Et dedit.

Lectio V.

QUámobrem dum
amplificándæ fi-
dei Christianæ impén-
sius incúmberet, à
Gentílibus compre-
hensus, contumeliis
que ac suppliciis váriis
afféctus, abscissióne cá-
pitis martyrium com-
plévit, eo in loco,
qui póstea ipsius Sanc-
ti Pápuli nomen reti-

nuit. Caput abscíssum
mánibus sublátum, ad
vicínus fontem, An-
gelo duce, Martyr dé-
tulit. Ibi vestigia gé-
num ac mánuum,
quibus incumbébat,
cápite truncándus, lá-
pidi impreßa reman-
sisse dicúntur.

R. Desidérium áni-
mæ ejus tribuísti ei,
Dómine : * Et volun-
tate libiòrum ejus non
fraudásti eum.

Y. Quóniam præve-
nisti eum in benedic-
tionibus dulcédinis :
posuísti in cápite ejus
corónam de lápide
pretiölo. Et voluntá-
te.

Lectio VI.

AD sepúlchrum
Pápuli cùm ún-
dique numerósa hómi-
num multitúdo conve-
níret, propter vária,
quæ illuc edebántur

miracula , Templum
 ingens excitatum fuit ,
 atque in eo Pápuli ca-
 put asservatum , réli-
 quo corpore Tolóam
 translato ; quod cón-
 ditum in marmoreo tú-
 mulo diu jácuit apud
 ædem Sancti Saturní-
 ni , donec ex eo mul-
 tis post annis , unà
 cum corpóribus Sanc-
 torum Antistitum To-
 losonórum Honorati ,
 Silvii , Hilárii invén-
 tum est . Tantum ve-
 rò honóris tanti Már-
 tyris monuménto há-
 bitum est à pósteris ,
 ut non modò præclá-
 râ basílicâ , sed & am-
 plissimo Cœnóbio ho-
 nestátum sit , quod ad
 Episcopátus fastigium ,

Joánnes Vigésimus-se-
 cundus Póntifex Má-
 ximus póstmodùm evé-
 xit .

R. Stolâ jucunditá-
 tis induit eum Dómi-
 nus : * Et corónam
 pulchritúdinis pósuit
 super caput ejus .

V. Cibávit illum
 Dóminus pane vitæ &
 intelléctus : & aquâ
 sapiéntiæ salutáris po-
 tavit illum . Et coró-
 nam . Glória Patri . Et
 corónam .

In tertio Nocturno ;
Hom. in Evangelium ;
Si quis venit ad me ,
de Comm. upius Mart.

Missa , In virtute ,
cum eod. Evang. Si
quis venit .



DIE XIII. NOVEMBRIS.

IN FESTO SANCTI DIDACI
Confessoris,

Semiduplex.

*Omnia de Comm. Confessoris non Pont. præter
hæc quæ sequuntur.*

ORATIO.

OMNIPOTENS sem-
pitérne Deus ,
qui dispositiōne mirá-
bili infirma mundi éli-
gis , ut fórtia quæque
confundas , concéde
propítius humilitati
nostræ , ut piis Beáti
Didaci Confessoris tui
précibus ad perennem
in cœlis glóriam subli-
mari mereámur. Per
Dóminum , &c.

*In primo Nocturno ,
Lect. de script. occurrit.
In secundo Nocturno .*

Lectio IV.

DIdacus Hispánus,
ex Oppido Sanc-
ti Nicolái de Portu ,
Diœcesis Hispalénsis ,
ab incunéte ætate , pii
sub Sacerdótis disciplinâ , sanctioris vitæ ,
solitaria in Ecclésia ,
tyrocínium exércuit.
Deinde ut firmius Deo
se conjungeret , in
Convéntu de Arizzá-
fa Fratrum Minórum ,
quos Observantes vo-
cant , Sancti Francí-
ci Régulam in statu
laïcali proféssus est.

Magnâ ibi alacritâte fuit, multa perpessus, húmilis obediéntiæ, & regulátis observán- tiæ jugum subiens, contemplatiōni imprimis deditus, mirâ Dei luce perfundebatur, adeò ut de rebus cœlestibus, literárum expers, mirandum in modum, & planè divinitùs loqueretur.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab ini- micis, & à seductóri- ribus turávit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rec- tas, & osténdit illi regnum Dei. Et de- dit illi.

Lectio V.

C Anátiis in Insu- lis, ubi Frátri- bus sui Ordinis præ-

multorum morbos mirabiliter sanaverit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum : * Et ad portas paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. * Et ad portas paradisi.

Lectio VI.

Demum Compluti finem sibi vite adesse intelligens, lacerâ & obsolêtâ indutus tunicâ, conjec-tis in Crucem oculis, singulâri devotione illis verbis ex sacro hymno pronuntiatis ; Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pôndera, quæ fuisti digna portare Regem cœlorum, & Domini-num ; animam Deo reddidit, pridie Idus


Novembris, anno Domini supra millésimam quadringentésimo sexagésimo tertio. Ejus corpus cum mentes non paucos, ut pio confluéntium desidério fieret satîs, inse-pultum mansisset, quasi jam incorruptionem induerit, odorem suavissimum afflavit. Illum multis & illustribus miraculis clarum Sixtus Quintus Pôntis fex Maximus, Sanc-torum numero adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum : Ingrédere in requiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

V. Iste est, qui contempserit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia

regna. Quia te vidi. *Hoc mil. in Evangel.*
Glória Patri. Quia Nolite timere, pusillus
te. *grex, de Com. Conf.*

In tertio Nocturno, non Pontif.



DIE XIX. NOVEMBRIS.

IN FESTO S A N C T Æ E L I Z A B E T H
Viduae,

Duplex.

*Omnia de Comm. nec Virg. nec Mart. præter
haec quæ sequuntur.*

O R A T I O .

Túorum corda fidélium, Deus misericordia, illústra, & Beátæ Elízabeth precibus gloriósis, fac nos próspera mundi despíscere, & cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dóminum nostrum, &c.

*In primo Nocturno,
Lect. de Script. occurrit.
In secundo Nocturno.*

Lectio IV.

Elizabeth Andréæ Regis Hungariæ filia, ab infantiâ Deum timere cœpit, & crescenti aetate, crevit etiam pietate. Ludovico Lantgrávio Hásfiæ & Thuringiæ in conjugem copulata, non minori curâ, quæ Dei, quam quæ viri sui erant, exequebatur; surgens enim

nocturno tempore, orationi diu incumbebat, ac variis misericordiae officiis dedita, viduis, pupillis, ægratis, egentibus sedulò inserviebat, gravique fame urgente, domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprósos hospitio suscipiens, manus eorum & pedes osculabatur. Curandis autem & aléndis pauperibus insigne Xenodochium construxit.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

X. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prosperè procéde, & regna. Et deducet.

Lectio V.

Defuncto cónjuge, ut Deo liberiùs serviret, depo-

sitis omnibus sœcularis gloriæ indumentis, vilis tunicâ induita est, atque Ordinem Pœnitentium Sancti Francisci iugressa, patientiæ & humilitatis virtute maximè enituit. Nam bonis omnibus exuta, à propriis ædibus ejelta, ab omnibus detulæta, contumelias, irrisiones, obtrectationes invicto animo toleravit, adeò ut summoperè gauderet setalia pro Deo pati. Ad infima quæque ministeria erga pauperes & ægrotos se abjiciens, eis necessaria procurabat, solis oléribus & leguminibus pro suo victu contenta.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniuriam: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae.

X. Propter

v. Propter veritátem , & mansuetudinem , & justitiam .
Propterea .

Lectione VI.


Cum vero in his aliisque plurimis sanctis operibus vitam religiosissime transgisset , finis tandem suae peregrinationis advenit , quem domesticis suis ante praedixit . Cumque defixis in coelum oculis divinæ contemplationi vacaret , à Deo mirabiliter recreata , sacramentis refecta , obdormivit in Dómino . Statimque plurima ad eum tumu-

rum miracula patrata sunt : Quibus auditis , & rite probatis , Gregórius Nonus Sanctorum numero eam adscripsit .

v. Fallax gratia , & vana est pulchritudo : * Múlier timens Deum , ipsa laudabitur .

v. Date ei de fructu manuum suarum , & laudent eam in portis opera ejus . Múlier . Glória Patris . Múlier .

In tertio Nocturno , Homilia in Evangel. Simile est regnum cœlorum thesauro , de Comm.



DIE XX. NOVEMBRIS.

*IN FESTO SANCTI FELICIS
Valesii Confessoris,*

Duplex.

*Omnia de Commun. Conf. non Pont. præter hæc
quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui Beatum Felicem confes-
sorem tuum ex eremo
ad munus redimendi
Captivos cœlitus vo-
care dignatus es: præf-
ta, quæsumus, ut per
gratiam tuam ex pec-
catorum nostrorum
captivitate, ejus in-
tercessione liberati, ad
coeléstem Pátriam per-
ducámur. Per Dómi-
num nostrum.

*Lect. primi Nocturn.
de Script. occurr.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Felix, Hugo anteā
dictus, ex regali
Valesiorum Familia or-
tus in Gállia, ab ineün-
te ætate, non lévia de-
dit futuræ sanctitatis
indicia, præsertim mi-
sericordiæ erga paupe-
res; nam adhuc in-
fantulus manu propriâ,
ac si grändior esset, &
judicii maturitate pol-
lérer, numinos egénis
distribuit. Jam gran-
diúsculus, solébat ex
appósitis in mensa dâ-
pibus ad ipsos mittere,

Lectio V.

& fermè eo quod sapidius erat, obsónio paupérculos púeros recreábat. Adoléscens non semel véstibus se spoliávit, ut inopes cooperíret. Ab Avunculo Theobáldo Campaniæ & Blésii Cómite vitam reo mortis impetrávit, prædicens hunc infámem hæcennus sicárium, mox sanctissimis præditum móribus evasurum. Veridicu[m] testimónium monstrávit evéntus.

v. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab ini mícis, & à seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatēm ætérnām.

v. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit illi.

Post exáctam laudabiliter adolescéntiam, cœpit ex cœlestis contemplatiōnis stúdio solitūdinem cogitare: priùs tamen voluit sacris initiari, ut omnem Regni, à cuius successione, jure Legis Sálicæ, non longè distabat, spem sibi præcideret. Sacérdos factus, & primâ Missâ devotissimè celebratâ, non multò post in erémum secéssit, ubi summâ abstinentiâ viqtitans, cœlestium charismatum abundantiâ pascebátur. Ibi cum Sancto Joánnne de Matha Parisiénsi Doctóre, à quo ex divina inspiratione quæsitus & inventus fuerat, per aliquot annos, sanctissimè vixit, donec ambo per Angelum à

G g ij

Deo mōniti , Romam petiérunt , specialem à Summo Pontifice vi-véndi régulam impe-tratūri. Factâ igitur Innocéntio Papæ tertiō inter Missarum solémnia revelatione Religiónis & Instituti de rediméndis Capti-vis, ab ipso Pontifice, simul cum Sócio , cāndidis vēstibus , bico-lori Cruce signatis in-duitur , ad eam for-mam , quâ Angelus in-dutus appáruit , & insuper vóluit Pónti-fex , ut nova Religio, juxta tríplicem colórem, quo hábitus con-sat , sanctissimæ Tri-nitatis titulo decorat-e-tur.

R. Amávit eum Dó-minus, & ornávit eum; stolam glóriæ induit eum : * Et ad por-tas Paradisi coronávit eum.

¶. Induit eum Dó-nus loricam fidei , & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

R Egulâ propriâ ex Summi Pontificis Innocéntii confirma-tione accéptâ , in Dioecesi Meldénsi , apud locum qui Cervus-Frigidus dicitur , primum Ordinis pau-lò ante à se & Sócio extructum Cœnobium ampliávit , ubi Reli-giosam observâtiā , & redemptiōnis insti-tutum mitificè coluit , ac inde per Alumnos in alias Provincias di-ligentissimè propagávit. Illústrem hic à Beata Virgine Mâtre favórem accépit ; dor-mientibus síquidem cunctis Fratribus , & ad matutinas preces in pervaigilio Nativitatis eum.

Deíparæ médiâ nocte anno post Christum
recitândas , Deo sic natum ducentésimo
disponénte , non sur-
géntibus ; Felix de
more vigilans , & ho-
ras prævéniens , Cho-

rum ingrèssus , réperit
Beátam Vírginem in
médio Chori , hábitu
cruce Ordinis insigni-
to indútam , ac Cœ-
litibus simíliter indúris
sociátam : quibus per-
mixtus Felix , præci-
nénte Deíparâ , laudes
divinas concinuit , ri-
téque persolvit . Et
quasi jam à terréstri
ad cœléstem Chorum
evocarétur , instantis
mortis ab Angelo cér-
tior factus , filios ad
charitátem erga paú-
peres & captivos ad-
hortans , ánimam Deo
réddidit , ætate ac
méritis consummátus ,

R. Iste homo perfé-
cit ómnia quæ locútus
est ei Deus , & dixit
ad eum : Ingrédere in
réquiem meam : * Quia
te vidi justum coram
me ex ómnibus gén-
tibus .

V. Iste est , qui con-
tempsit vitam mundi ,
& pervénit ad cœlés-
tia regna . Quia te vi-
di . Glória Patti . Quia
te vidi .

*In tertio Nocturno ,
Hom. in Evangel. No-
lite timére , &c. ut in
Commun. Conf. non
Pont.*

*Missa , Justus ut Pal-
ma , &c.*



C O M M E M O R A T I O S A N C T I
Stephani Protomartyris, extra Adventum
& tempus Paschale, quando non est duplex,
nec infra Octavam, in Laudibus & Vesperis
post commemorationem Sanctorum Apostolo-
rum Petri & Pauli, inter Suffragia.

In Laudibus.

STÉPHANUS autem plenus gratiâ & fortitudine, faciebat signa magna in populo.

¶. Sepeliérunt Stéphanum viri timorati.

¶. Et fecérunt planctum magnum super eum.

ORATIO.

OMNIPOTENS semperne Deus, qui primitias Martyrum in Beati Levitae Stéphani sanguine dedicasti: tribue, quæsumus, ut pro nobis in-

tercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Iesum-Christum Filium tuum.

In Vesperis.

Sepeliérunt Stéphanum viri timorati, & fecérunt planctum magnum super eum.

¶. Stéphanus vidit cœlos apertos.

¶. Vedit & introivit; beatus homo cui cœli patabant.

Oratio. OMNIPOTENS sempiterne Deus, &c.
ut suprà.

U E R U S C O M M U N I O N I S

*Orationes dicenda in Missa Assumptionis B.M.V.
die XV. Augus*ti*, de Mandato Illustriſſ. &
Reverend. Dom. Dom. Archiepiscopi.*

O R A T I O .

Secreta.

Deus Regum, Regnorum Rex, moderator & custos, qui Unigenitum Filium tuum, Beatissimae Virginis Mariæ Filium, eique subditum esse voluisti, famuli tui Ludovici Christianissimi Francorum Regis, fidelis Populi & totius Regni sui vota secundo favore profere; ut qui ejusdem Virginis servituti devotâ se sponsione consecrant, perennis in terra pacis, & in cœlo æternæ libertatis præmia consequantur. Per eumdem Dominum, &c.

Fiat tibi, quæsumus, Domine, Hóstia sacranda celebritati pretiosi voti Ludovici Regis nostri, placabilis, ut tuâ potentiâ suffragante, universorum Hóstium frangantur impetus, populisque tuus, cefsante formidine, te solum timere condiscat. Per Dominum, &c.

Postcommunio.

Votiva, Domine, Sacramenta quæ sumpsimus, famulum tuum Ludovicum Regem nostrum custodiant, ut vim æquitatis perpétuò exerceat, molem iniquitati-


potenter déstruat, & propugnet semper &
Sanctam tuam Ecclé- protégat. Per Dómi-
niam, ejusque Fidèles num, &c.

FINIS.



OFFICIA SANCTORUM

QUÆ IN PROPRIO ECCLESIAE TOLOSANÆ
jussu Illustrissimi Domini CAROLI - ANTONII DE
LA ROCHE - AYMON, Archiepiscopi, edito, adje-
cta sunt, & in Proprio jussu Illustrissimi Domini HEN-
RICI DE NESMOND desiderabantur.



DIE V. DECEMBRIS.

Septimâ die inf. Oct. S. Saturnini.

IN FESTO S. PETRI CHRYSOLOGI,
Episc. & Conf. Duplex.

*Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea que hic
habentur propria.*

O R A T I O .

Deu s, qui beatum Petrum Chrysolo-
gum Doctorem egregium, divi-
nitus præmonstratum ad re-
gendam & instruendam Ec-

clesiam tuam eligi voluisti :
præsta, quæsumus, ut quem
Doctorem vitæ habuimus in
terrîs, intercessorem ha-
bere mereamur in cœlis.
Per Dominum nostrum ,
&c.

A



In I. Nocturno.

Lectiones de Communi Confessoris Pontificis primo loco,
Fidelis sermo.

In II. Nocturno.

Lectione IV.

Petrus qui ob auteam ejus eloquentiam Chrysologii cognomen adeptus est, foro Cornelii in Æmilia honestis parentibus natus, à prima ætate animum ad Religionem adjiciens, Cornelio Romano tunc ejusdem urbis Corneliensis Episcopo, operam dedit: à quo etiam scientiâ, & vitæ sanctitate cùm brevi profecisset, Diaconus creatus est. Postmodum contigit, ut Ravennates ob mortem Archipræfus sui, alium (ut moris erat) ab eis electum Romam ad sanctum Sixtum Papam Tertium pro confirmatione misserint unà cum Legatis suis, & cum prædicto Cornelio, qui eumdem Levitam secum perduxit. Interim sanctus Petrus Apostolus, & Martyr Appollinaris Summo Pontifici in somnis apparuerunt, mediumque habentes hunc

juvenem, jusserunt ut illum, & non alium, in Archiepiscopum Ravennæ crearet. Hinc Pontifex, mox ut vidi Petrum, cognovit eum à Domino præelectum: propterea rejecto illo, quem ipsi offerebant, hunc solum anno Christi quadragecentesimo trigesimo - tertio, illi Metropolitanæ præfecit Ecclesiæ. Quod cùm Legati Ravennatenses ægrè ferrent, auditâ visione, divinæ voluntati libenter acquiescentes, novum Archiepiscopum maxima cùm reverentia suscep- runt.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. * Manus.

Lectione V.

Petrus igitur licet invitus in Archipræfulem consecratus, Ravennam deducitur: ubi à Valentiniano Imperatore, & à Galla Placidia ejus matre, ac ab universo populo maxima lætitia ex-

ceptus est. Et ille ab eis illud unum petere dixit , quando tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusavit , stuperent ipsi monitis suis obtemperare, divinisque præceptis non obfistere. Duorum Sanctorum tunc ibi defunctorum corpora optimis unguentis condita sepelivit , Barbatiani videlicet Presbyteri , & Germani Altissiodorensis Episcopi , cuius etiam cucullam , & cilicium sibi vindicavit in hæreditatem . Projectum & Marcellinum in Episcopos ordinavit. In classe fontem extruxit magnitudinis verè admirabilis , & templa quædam magnifica ædificavit , tum beato Andreæ Apostolo , tum aliis Sanctis. Ludos ab hominibus personatis cum variis salutationibus Kalendis Januarii fieri solitos , concione cohibus acerrimâ ; ubi inter alia illud præclarè dixit : *Qui jocari voluerit cum diabolo , non poterit gaudere cum Christo.* Jussu sancti Leonis Papæ primi scripsit postea ad Chalcedonense Concilium adversus hæresim Eutichetis. Respondit præterea ad Eutichem ipsum & aliâ Epistolâ , quæ eidem Concilio in novis editionibus præfixa , & in Annales Ecclesiasticos relata fuit.

Rg. Posui adjutorium super potentem , & exaltavi electum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliatur ei.

V. Inveni David servum meum , oleo sancto meo unxi eum. * Manus.

Lection VI.

DUm publicè sermones haberet ad populum adeò vehemens erat in dicendo , ut præ nimio ardore vox illi interdùm defecerit , sicut contigit in concione mulieris Hemorroissæ , undè Ravennates commoti , tot lacrymis , clamoribus & orationibus locum repleverunt , ut posteà ipse gratias agerer Deo , quod in lucrum amoris verterit damnum ejusdem sermonis. Cùm tandem annos circiter decem & octo eam Ecclesiam sanctissimè rexisset , laborum suorum fi-

nem adesse divinitus prænoscens in patriam se contulit, ubi sancti Cassiani templum ingressus, magnum Diadema aureum, gemmis distinctum pretiosissimis offerens, super altare majus posuit, nec non aureum craterem, & patenam, argenteam, quam tūm rabidi canis morfus, tūm febres sanare səpiùs expertum est, aquā indē demissā. Extunc Ravennates, qui eundem fecuti fuerant, dimisit, admonens, ut in eligendo optimo Pastore invigilarent attentè. Mox Deum humiliter precatus, & sanctum Cassianum Patronum, ut benignè animam ejus exciperet, tertio Nonas Decembris placidè ex hac vita migravit, anno Domini circiter quadringentesimo quinquagesimo. Sacrum illius corpus communī totius civitatis fletu ac pietate, propè corpus ejusdem sancti Cas-

siani honorifice conditum nostris etiam temporibus religiosè colitur: cuius tamen brachium, auro & gemmis ornatum Ravennam delatum in Ursiana æde veneratur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra Doctrinā ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populi orum.

V. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. * Ipse.

In III. nocturno.

Homilia in Evangelium,
Vos estis sal terræ, de Communi Doctorum. *Homilia Sancti Augustini Episcopi,* Ostendit Dominus.

R. 8. In medio Ecclesiæ, de eodem Cummuni.

In Laudibus comm. fer. & s. Sabba Abb. vespera à cap. de die oct. ut in primis vesperis festi, comm. prec. & feria.

DIE XII. DECEMBERIS.

IN FESTO SANCTI EUSEBII,
Episc. & Martyris,

Semiduplex.

Omnia de Communi Mart. præter ea quæ h̄ic assignantur.

ORATIO.

DEUS, qui nos beati Eusebii Martyris tui atque Pontificis annuā solemnitate lētificas, concede propitius, ut cuius natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudemus. Per Dominum nostrum.

Fit commemoratione feriæ Adventus.

Lectiones I. Nocturni de scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectione IV.

Eusebius natione Sardus, Romanæ Urbis Lector, post Vercellensis Episcopus, ad hanc regendam Ecclesiam meritò est creditus divino electus judicio; nam quem numquām antè constituti Electores cognoverant, posthabitis civibus, simul ut vide-

runt, & probaverunt, tantumque interfuit ut probaretur, quantum ut videretur. Primus in Occidentis partibus in eadem Ecclesia eosdem Monachos instituit esse, quos Clericos, ut esset in ipsis viris, & contemptus rerum, & accuratio Levitarum. Arianis impietatibus eâ tempestate per Occidentem longè, latequè traductis, adversus eas viriliter sic dimicavit, ut ejus invicta fides Liberium Summum Pontificem ad vitæ solatium erigeret. Quare hic sciens in ipso fervore spiritum Dei, cum ei significasset ut penes Imperatorem unā cum suis Legatis patrocinium Fidei susciperet, mox cum illis profectus est ad Constantium, apud quem enixius agens,

quidquid legatione perebatur, obtinuit, ut Episcoporum nempè cœtus celebratur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoriis tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

X. Descenditque cum illo in foveam; & in vinculis non dereliquit eum. * Et dedit.

Lectio V.

C Ollectum est Mediolani anno sequenti Concilium, ad quod à Constantio invitatum Eusebium, concupitumque, ac vocatum à Liberii Legatis, tantum abest, ut malignantium Sinagoga Arianorum contra sanctum Athanasium furentium in suas partes adduceret, ut potius disertè statim ipse declarans, è præsentibus quosdam sibi compertos hæretica labe pollutos, Nicænam imò fidem proposuerit eis subscribendam, antequam cætera tractarentur. Quod Arianis acerbè iratis negantibus, nedum in Atha-

nasiū recusavit ipse subscribere, quin sancti Dionysii Martyris, qui deceptus ab ipsis subscripterat, captivata simplicitatem ingeniosissimè liberavit. Quamobrem illi graviter indignantes, post multas illatas injurias exilio illum mulctarunt; sed sanctus vir excusso pulvere, nec Cæsaris minas veritus, nec enses obstrigos, exilium veluti sui ministerii officium accepit, misusque Scythopolim, famem sitim, verbera, diversaque supplicia perpessus, pro fide strenue vitam contempsit, mortem non metuit, corpus carnificibus tradidit.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

X. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. * Et voluntate.

Lectio VI.

Q Uanta in eum tunc Arianorum crudelitas fuerit, ac effrons inveterun-

dia , ostendunt graves litteræ plenæ roboris , pietatis ac religionis quas è Scythopoli scripsit ad Vercellensem Cle- rum , & populum , aliosque finitos , è quibus etiam est exploratum , ipsorum nec minis , inhumanaque sævi- tiâ potuisse unquam deter- reri , nec serpentinâ blandâ subtilitate ad eorum societa- tem perduci. Hinc in Cap- padociam , postremoque ad superioris Ægypti Thebaidas præ constantia sua deporta- tus , exilii rigores tulit ad mortem usque Constantii , post quam ad gregem suum reverti permisus , non prius redire voluit , quām repa- randis fidei jacturis ad Ale- xandrinam Synodum fese conferret , postque Medici præstantis instar peragrans Orientis provincias in fide infimos ad integrum valetu- dinem restitueret , eos insti- tuens in Ecclesiæ doctrina. Indè salubritate pari digresso in Illyricum , tandemque in

Italiam delato , ad ejus re- ditum lugubres vestes Italia mutavit , ubi postquām Psal- morum omnium expurga- tos à se commentarios Ori- genis edidit , Eusebiique Cæsareensis , quos verterat de Graco in Latinum , demùm tot egregiè factis illustris ad immarcescibilem gloriæ co- ronam tantis meritis prome- ritam sub Valentianō & Valente Vercellis migravit.

R. Stolâ jucunditatis in- duit eum Dominus : * Et coronam pulchritudinis po- suit super caput ejus.

XV. Cibavit illum Domi- nus pane vitæ & intelle- ctus , & aquâ sapientiæ sa- lutaris potavit illum. * Et coronam.

In III. Nocturno.

Homilia Sancti Gregorii Pape, in Evangelium, Si quis vult post me venire, ut in Communi unius Martyris se- cundo loco.

Missa , Sacerdotes Dei , &c.

DIE XVIII. DECEMBRIS.

IN FESTO EXPECTATIONIS

Beatae Mariae Virginis,

Duplex Majus.

AD VESPERAS.

Antiph. Missus est Gabriel Angelus, cum reliq. ut in Offic. parvo B. Marie.

Capitulum. Isa. 11.

Ereditetur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescat super eum Spiritus Domini.

Hymnus.

Conditor alme siderum
Æterna lux credentium,
Christe redemptor omnium
Exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitum
Mortis perire sæculum,
Salvasti mundum languidum,
Donans reis remedium.

Vergente mundi vespere,
Uti sponsus de thalamo
Egressus honestissimâ
Virginis matris clausulâ.

Cujus fortis potentiae
Genu curvantur omnia,
Cœlestia, terrestria,
Nutu fatentur subdita.

Te deprecamur agie,
Venture judex seculi,
Conserva nos in tempore
Hostis à telo perfidi.

Laus, honor, virtus, gloria,

Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula: Amen.
¶ Ave, Maria, gratia plena.

R. Dominus tecum.

Ad Magnificat.

Antiphona. Spiritus-Sanctus in te descendet Maria: ne timeas: habebis in utero Filium Dei, alleluia.

ORATIO.

Deus, qui de beatâ Mariæ Virginis utero,

Verbum

Verbum tuum , Angelo nuntiante , carnem suscipere voluisti : præsta supplicibus tuis ; ut qui verè eam genitricem Dei credimus , ejus apud te intercessionibus adjuvemur . Per eundem Dominum .

Et fit commemoror. Adv.
Antiph. O Sapientia.

AD MATUTINUM.

Invitator. Ave , Maria , gratiâ plena : * Dominus tecum .

Psalmus. Venite .

Hymnus.

Verbū supernū prōdiens ,
A Patre olim exiens ,
Qui natus orbi subvenis
Cursu declivi temporis .

Illumina nunc pectora ,
Tuoque amore concrema ;
Audito ut præconio
Sint pulsa tandem lubrica .

Judexque cùm post aderis ,
Rimari facta pectoris ,
Reddens vicem pro abditis ,
Justisque regnum pro bonis ,

Non demùm arctemur
malis
Pro qualitate criminis ,
Sed cum beatis compotes
Simus perennes cælibes .

Laus , honor , virtus , gloria ;
Deo Patri , & Filio ,
Sancto simul Paraclito ,
In sæculorum sœcula .

Amen .

In I. Nocturno.

Antiphona. Ecce Domi-
nus noster cum virtute veniet ,
& illuminabit oculos servo-
rum suorum , alleluia .

Psalmus 8.

Domine Dominus no-
ster , * quām admira-
bile est nomen tuum in uni-
versa terra !

Quoniam elevata est ma-
gnificentia tua * super cœ-
los .

Ex ore infantium & la-
tentium perfecisti laudem
propter inimicos tuos : * ut
destruas inimicum & ulti-
rem .

Quoniam videbo cœ-
los tuos , opera digitorum
tuorum : * lunam & stellas ,
quæ tu fundasti .

Quid est homo , quòd
memor es ejus ? * aut filius
hominis , quoniam visitas
eum ?

Minuisti eum paulò mi-
nus ab Angelis , gloriâ &

honore coronasti eum : * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus : * oves & boves universas , insuper & pecora campi.

Volucres cœli , & pisces maris : * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster , * quām admirabile est nomen tuum in universa terra !

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Ecce Dominus noster cum virtute veniet , & illuminabit oculos servorum suorum , alleluia.

Antiphona. Rorate cœli desuper , & nubes pluant justum : aperiatur terra , & germinet Salvatorem.

Psalmus 18.

Coeli enarrant gloriam Dei : * & opera manuum ejus annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum : * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelaे , neque sermones : * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * & in fines orbis terræ verba eorum.

In Sole posuit tabernaculum suum : * & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendam viam : * à summo cœlo egressio ejus.

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata , convertens animas : * testimonium Domini fidele , sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ , læticantes corda : * præceptum Domini lucidum , illuminans oculos.

Timor Domini sanctus , permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera , justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum : * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea : * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ? ab

occultis meis munda me : * do corde : * qui non accep-
& ab alienis parce servo tuo. pit in vano animam suam ,

Si mei non fuerint do-
minati , tunc immaculatus
ero : * & emundabor à de-
licto maximo.

Et erunt ut complacent
eloquia oris mei : * & medi-
tatio cordis mei in conspe-
ctu tuo semper.

Dominie , adjutor meus : *
& redemptor meus.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Rorate cœli
desuper , & nubes pluant ju-
stum : aperiatur terra , &
germinet Salvatorem.

Antiphona. Ecce nomen
Domini de longinquo : &
claritas ejus replet orbem ter-
rarum.

Psalmus 23.

Domi ni est terra , & ple-
nitudo ejus : * orbis
terrarum , & universi qui
habitant in eo.

Quia ipse super mariæ
fundavit eum : * & super
flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem
Domini ? * aut quis stabit in
loco sancto ejus ?

Innocens manibus & mun-

do corde : * qui non accep-
pit in vano animam suam ,
nec juravit in dolo proximo
suo.

Hic accipiet benedictio-
nen à Domino : * & miseri-
cordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæ-
rentium eum : * quærentium
faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes
vestras , & elevamini portæ
æternales : * & introibit Rex
gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? *
Dominus fortis & potens ,
Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes
vestras , & elevamini portæ
æternales : * & introibit Rex
gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? *
Dominus virtutum ipse est
Rex gloriæ.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Ecce nomen
Domini de longinquo : &
claritas ejus replet orbem
terrarum.

v. Ex Sion species deco-
ris ejus.

v. Deus noster manifestè
veniet.

De Isaia Propheta.

Lectione I. Cap. 7.

ET adiicit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum suprà. Et dixit Achaz: Non pettam, & non tentabo Dominum. Et Dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, modestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

R^v. Non auferetur scepterum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: * Et ipse erit expectatio Gentium.

V^y. Pulchriores sunt oculi ejus vino: & dentes ejus late candidiores. * Et ipse.

Lectione II. Cap. 11.

ET egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et re-

quiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis: & repletbit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ; & percutiet terram virga oris sui; & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumborum ejus: & fides cinctorium renum ejus.

R^v. Orietur stella ex Jacob: & consurget homo de Israel, & confringet omnes duces alienigenarum: * Et erit omnis terra possessio ejus.

V^y. De Jacob erit qui dominabitur, & perdet reliquias civitatis. * Et erit.

Lectione III. Cap. 35.

LÆtabitur deserta & in via, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilyum. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data est

ei : decor Carmeli , & Sa-
ron : ipsi videbunt gloriam
Domini , & decorem Dei
nostrī. Confortate manus dis-
solutas , & genua debilia
roborate. Dicite pusilla-
nimis : Confortamini , &
nolite timere : ecce Deus ve-
ster ultionem adducet retrí-
butionis : Deus ipse veniet,
& salvabit vos. Tunc ape-
rientur oculi cæcorum , &
aures surdorum patebunt.
Tunc saliet sicut cervus clau-
dus , & aperta erit lingua mu-
torum : quia scissæ sunt in
deserto aquæ , & torrentes in
solitudine. Et quæ erat ari-
da , erit in stagnum , & si-
tiens in fontes aquarum.

R. Descendet Dominus
sicut pluvia in vellus : orietur
in diebus ejus justitia , * Et
abundantia pacis.

*V. Et adorabunt eum om-
nes Reges : omnes Gentes
servient ei. * Et abundantia.
Gloria Patri. Et abundantia.*

In II. Nocturno.

*Antiphona. De Sion exi-
bit lex ; & verbum Domini
de Jerusalem.*

Psalmus 44.

E Ruðavit cor meum ver-
bum bonum : * dico
ego opera mea Regi.

Lingua mæa calamus scri-
bæ : * velociter scribentis.

Speciosus formâ præ filiis
hominum , diffusa est grætia
in labiis tuis : * propterea
benedixit te Deus in æter-
num.

Accingere gladio tuo su-
per femur tuum : * poten-
tissime.

Specie tuâ & pulchritudi-
ne tuâ : * intende , prospe-
rè procede , & regna.

Propter veritatem , & man-
suetudinem , & justitiam : *
& deducet te mirabiliter
dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ , Popu-
li sub te cadent : * in corda
inimicorum Regis.

Sedes tua , Deus , in sa-
culum sæculi : * virga dire-
ctionis , virga regni tui.

Dilexisti justitiam , & odi-
sti iniquitatem : * propterea
unxit te Deus , Deus tuus ,
oleo lætitiae , præ conforti-
bus tuis.

Myrrha , & gutta , & ca-

sia à vestimentis tuis , à domibus eburneis , * ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Astitit Regina à dextris tuis , in vestitu deaurato : * circumdata varietate.

Audi , filia , & vide , & inclina aurem tuam : * & obliviscere populum tuum , & domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorum tuum : * quoniam ipse est Dominus Deus tuus , & adorabunt eum.

Et filiae Tyri in muneribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiae Regis ab intus : * in fimbriis aureis circumamicta varietibus.

Adducentur Regi virginies post eam : * proximae ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione : * adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt Nominis tui : * in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum : * & in sæculum sæculi.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. De Sion exibit lex ; & verbum Domini de Jerusalem.

Antiphona. Ecce Deus noster , expectavimus eum , & salvabit nos , alleluia.

Psalmus 45.

Deus noster refugium , & virtus : * adjutor in tribulationibus , quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus , dum turbabitur terra : * & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt , & turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus , non commovebitur : * adjuvabit

cam Deus manè diluculo.

Conturbatæ sunt gentes,
& inclinata sunt regna : *
dedit vocem suam , mota
est terra.

Dominus virtutum nobis-
cum : * susceptor noster
Deus Jacob.

Venite , & videte opera
Domini , quæ posuit pro-
digia super terram : * aufe-
rens bella usque ad finem
terræ.

Arcum conteret , & con-
fringeret arma : * & scuta com-
buret igni.

Vacate , & videte quo-
niā ego sum Deus : * exal-
tabor in gentibus , & exalta-
bor in terra.

Dominus virtutum nobis-
cum : * susceptor noster
Deus Jacob:

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Ecce Deus no-
ster , expectavimus eum &
salvabit nos , alleluia.

Antiphona. Dominus ve-
niet, occurrite illi , dicentes :
Magnum principium ; & re-
gni ejus non erit finis ; Deus ,
Fortis , Dominator , Prin-

ceps pacis , alleluia.

Psalmus 47.

M Agnus Dominus , &
laudabilis nimis : *
in civitate Dei nostri , in
monte sancto ejus.

Fundatur exultatione uni-
versæ terræ mons Sion , * la-
tera Aquilonis , civitas Regis
magni.

Deus in domibus ejus
cognoscetur : * cùm susci-
piet eam.

Quoniam ecce Reges ter-
ræ congregati sunt : * conve-
nerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati
sunt , conturbati sunt , com-
moti sunt : * tremor appre-
hendit eos.

Ibi dolores ut parturien-
tis : * in spiritu vehementi
conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus , sic vi-
dimus in civitate Domini
virtutum , in civitate Dei no-
stri : * Deus fundavit eam in
æternum.

Suscepimus Deus miseri-
cordiam tuam : * in medio
templi tui.

Secundum nomen tuum
Deus , sic & laus tua in fines

terræ : * justitiâ plena est dextera tua.

Laetetur mons Sion , & exultent filiæ Judæ : * propter judicia tua , Domine.

Circumdate Sion , & complectimini eam : * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * & distribuite domos ejus , ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus , Deus noster in æternum , & in sæculum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Dominus veniet , occurrite illi , dicentes : Magnum principium ; & regni ejus non erit finis , Deus , Fortis , Dominator , Princeps pacis , alleluia.

¶. Egredietur virga de radice Jesse.

¶. Et flos de radice ejus ascendet.

Sermo S. Ildefonsi Archiepiscopi Toletani.

Ex Libro de Virginitate B. Mariae. Lectio IV.

D Omina mea atque dominatrix mea , domi-

nans mihi mater Domini mei , ancilla Filii tui , genitrix factoris mundi , te rogo , te oro , te quæso , ut habeam spiritum Domini tui , spiritumque Filii tui , nec - non & spiritum Redemptoris mei , ut de te vera & digna sapiam , vera & digna loquar , vera & digna quæcumque sunt diligam . Tu enim es electa à Deo , assumpta à Deo , advocata à Deo , proxima Deo , adhaerens Deo , conjuncta Deo , visitata ab Angelo , salutata ab Angelo , benedicta ab Angelo , beatificata ab Angelo ; turbata in sermone , affonita in cogitatione , stupefacta in salutatione , admirata in dictorum annunciatione.

¶. Ecce virgo concipiet & pariet filium , dicit Dominus : * Et vocabitur nomen ejus Admirabilis , Deus , Fortis.

¶. Super solium David , & regnum ejus sedebit in æternum . * Et vocabitur.

Lectio V.

I Nvenisse te apud Deum gratiam audis , & ne timas

meas juberis. Unde & tu fiduciâ roboraris , cognitio- ne miraculorum instrueris , ad novitatem inauditæ glo- riæ proverberis. De prole ab Angelo nunciata es ; & post foetum integra & pudica ma- nes. Certa virginitas nobis proponitur , & nasciturum ex te sanctum Dei Filium , tibi ab Angelo evangeliza- tur : & quæ sit nascentis Re- gis potentia , mirabiliter inti- matur. Quomodo fiat quæ- ris , de origine interrogas , de ratione persecutaris , de experientia requiris , de or- dine sciscitaris. Audi inati- ditum oraculum , considera inusitatum opus , animadver- te incognitum arcanum , at- tende invisum factum : Spi- ritus - Sanctus superveniet in te , & virtus Altissimi obum- brabit tibi.

R. Rorate cœli desuper , & nubes pluant justum : * Aperiatur terra , & germinet Salvatorem.

V. Emitte Agnum Do- mine Dominatorem terræ , de petra deserti ad montem filiæ Sion. * Aperiatur.

Tota invisibiliter Tri- nitas conceptionem operabitur in te : sola perso- na Filii Dei in corpore tuo nascitura carnem assumet de te. Ideoque quod concipie- tur ex te , quod nascetur ex te , quod prodiet ex te , quod germinabit ex te , quod parturietur ex te Sanctum , vocabitur Filius Dei. Erit enim hic magnus , hic Deus virtutum , hic Rex omnium sacerdorum , hic factor omni- uira rerum. Ecce beata tu inter mulieres , integra inter puereras , Domina inter ancillas , Regina inter sorores. Ecce ex hoc beatam te dicent omnes generationes , beatam te noverunt omnes coelestes virtutes beatam , te prædi- cant omnes Vates , beatam te celebrant omnes Natio- nes. Beata tu fidei nostræ , beata tu animæ nostræ , bea- ta dilectioni nostræ , beata præconiis & prædicationibus meis.

R. Docebit nos Domi- nus vias suas , & ambulabi- mus in semitis ejus : * Quia

de Sion exhibit lex , & verbum
Domini de Jerusalem.

V. Venite , ascendamus
ad montem Domini , & ad
domum Dei Jacob.* Quia.
Gloria Patri. Quia.

In III. Nocturno.

Antiphona. Dominus da-
bit benignitatem , & terra
nostra dabit fructum suum.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine , ter-
ram tuam : * avertisti
captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem ple-
bis tuæ : * operuisti omnia
peccata eorum.

Mitigasti omnem iram
tuam : * avertisti ab ira in-
dignationis tuæ.

Converte nos , Deus sa-
lutaris noster : * & averte
iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum
irasceris nobis ? * aut exten-
des iram tuam à generatione
in generationem ?

Deus tu conversus vivifica-
bis nos : * & plebs tua læta-
bitur in te.

Ostende nobis Domine ,
misericordiam tuam : * &
salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in
me Dominus Deus : * quo-
niā loquetur pacem in ple-
bem suam.

Et super Sanctos suos : *
& in eos qui convertuntur
ad cor.

Verumtamen propè timen-
tes eum salutare ipsius : *
ut inhabitet gloria in terra
nostra.

Misericordia & veritas ob-
viaverunt sibi : * justitia &
pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est : *
& justitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit
benignitatem : * & terra no-
stra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambu-
labit : * & ponet in via
gressus suos.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Dominus da-
bit benignitatem , & terra
nostra dabit fructum suum.

Antiphona. Ecce veniet
Deus , & homo de domo Da-
vid sedere in throno , alleluia.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in mon-
tibus sanctis : * diligit
Dominus portas Sion super

omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te : * civitas Dei.

Memor ero Rahab , & Babylonis : * scientium me.

Ecce alienigenæ , & Tyrus , & populus Æthiopum : * hi fuerunt illic.

Nunquid Sion dicet : Homo , & homo natus est in ea : * & ipse fundavit eam Altissimus ?

Dominus narrabit in scripturis populorum , & principum : * horum , qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium : * habitatio est in te.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Ecce veniet Deus , & homo de domo David sedere in throno , alleluia.

Antiphona. Annunciate populis , & dicite : Ecce Deus Salvator noster veniet.

Psalmus 95.

C Antate Domino cantum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino , & bencidite Nomini ejus : * annunciate de die in diem salutare ejus.

Annunciate inter gentes gloriam ejus : * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus , & laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cœlos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium , afferte Domino gloriam & honorem : * afferte Domino gloriam Nomini ejus.

Tollite hostias , & introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus universa terra : * dicite in gentibus , quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ , qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli , & exultet terra , commoveatur mare , & plenitudo ejus : * gaude-

bunt campi , & omnia quæ
in eis sunt. de domo David , & nomen
virginis Maria. Et reliqua.

Tunc exultabunt omnia
ligna silvarum à facie Do-
mini , quia venit : * quo-
niam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in
æquitate: * & populos in ve-
ritate sua.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Annunciate
populis , & dicite : Ecce
Deus Salvator noster veniet.

℣. Egredietur Dominus
de loco sancto.

℟. Veniet ut salvet popu-
lum suum.

*Si hoc Festum venerit in
Feria 4. Quatuor Temporum
Adventus, loco sequentis Ho-
milia leguntur tres Lect. Ho-
milia ejusdem Ferie 4. cum
Responsoriis , quæ hic assig-
nantur.*

*Lectione sancti Evangelii se-
cundum Lucam.*

Lectione VII. Cap. 1.

IN illo tempore : Missus
est Angelus Gabriel à
Deo in civitatem Galilææ
cui nomen Nazareth , ad
Virginem desponsatam vi-
ro , cui nomen erat Joseph ,

Homilia venerabilis Bedæ
Presbyteri.

*In Evang. Luca, Cap. 1.
& in Homiliis hiemalibus de
Temp. Fer. 4. Quatuor Temp.
mensis Decembri.*

AD Mariam virginem
Gabriel mittitur , qui
Dei fortitudo nominatur : il-
lum quippe nunciare venie-
bat , qui ad debellandas
aëreas potestates humiliis ap-
parere dignatus est. De quo
per Psalmistam dicitur : Do-
minus fortis & potens , Do-
minus potens in prælio. Et
rursum : Dominus virtutum
ipse est Rex gloriae. Per Dei
ergo fortitudinem nuncian-
dus erat , qui virtutum Do-
minus , & potens in prælio ,
contra potestates aëreas ad
bella veniebat. Et ingressus
Angelus ad eam , dixit : Ave
gratiæ plena : Dominus te-
cum : Benedicta tu in mulie-
ribus. Benè gratiæ plena vo-
catur , quæ nimis gratiam ,
quam nulla alia meruerat ,
assequitur , ut ipsum videli-

cet gratiæ concipiatur, & generet auctorem.

R. Ave, Maria, gratiâ plena: Dominus tecum: * Spiritus-Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nasceretur Sanctum vocabitur Filius Dei.

V. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. * Spiritus-Sanctus.

Lection VIII.

Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Jesus, Salvator sive salutaris interpretatur: cuius sacramentum nominis alloquens Joseph Angelus exposuit: ipse enim (inquiens) salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Non ait, populum Israel, sed populum suum, hoc est, in unitatem fidei ex præputio & circumcisione vocatum: quibus ex diversa parte vocatis, fieret unus pastor, & unum ovile. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: dabit ille Dominus Deus sedem Da-

vid patris ejus. Idem ergo Filius Altissimi, qui in utero virginali conceptus, & natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempora natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est; omittat Nestorius, hominem tantum dicere ex Virgine natum.

R. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est: concipies, & paries Deum pariter & hominem, * Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

V. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris gravida, & eris mater semper intacta. * Ut. Gloria Patri. Ut.

Lection IX.

Ideoque & quod nascitur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Jesus sanctus singulariter nascitur afferitur. Nos quippe, et si sancti efficiuntur; non tamen nascimur, quia

ipsa naturæ corruptionis conditione constringimur , ut meritò cum Propheta gementes singuli dicamus : Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum , & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus veraciter sanctus est , qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret , ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Sanctum , inquit , vocabitur Filius Dei. Quid hic dicis Nestoriane , qui beatam Mariam Dei negans esse genitricem , apertè niterris impugnare veritatem ? Ecce Deum dixit superventurum , Dei Filium nasciturum. Quomodò ergo aut Dei Filius Deus non est , aut quæ Deum edidit , quomodò Theotocos , id est , Dei genitrix non esse potest ?

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

& per Hor. *Antiphona.*

MIssus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph.

Psalmus. Dominus regnavit , cum reliq. de Dominica.

Antiphona. Ave , Maria , gratiâ plena : Dominus tecum : Benedicta tu in mulieribus , alleluia.

Antiphana. Ne timeas Maria , invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies , & paries filium , alleluia.

Antiphona. Dabit ei Dominus sedem David patris ejus , & regnabit in æternum.

Antiphona. Ecce ancilla Domini ; fiat mihi secundum verbum tuum.

Capitulum. Isa. 11.
Ereditetur virga de rādice Jesse , & flos de rādice ejus ascendet. Et requiescat super eum spiritus Domini.

Hymnus.
Vox clara ecce intonat ,
Obscura quæque increpat ,
Pellantur eminùs somnia ,
Ab æthere Christus promicat .
Mens jam resurgat torpida ,
Quæ sorde extat saucia :
Sidus refulget jam novum ,
Ut tollat omne noxiūm.

Esurgum Agnus mittitur
Laxare gratis debitum :
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lacry-
mis.

Secundò ut cum fulserit ,
Mundumque horror cinxerit ,
Non pro reatu puniat ,
Sed nos pius tunc protegat .

Laus honor , virtus , gloria
Deo Patri , & Filio ,
Sancto simul Paraclito ,
In sacerdorum sacula . Amen .

V. Spiritus - Sanctus su-
perveniet in te .

R. Et virtus Altissimi
obumbrabit tibi .

Ad Benedictus. Antiphona.

Super solium David , &
super regnum ejus sedebit in
æternum .

O R A T I O .

Deus , qui de Beatæ Ma-
riæ virginis utero Ver-
bum tuum , Angelo nuncian-
te , carnem suscipere volui-
sti : præsta supplicibus tuis :
ut qui verè eam genitricem
Dei credimus , ejus apud te
intercessionibus adjuvemur .
Per eumdem Dominum .

Deinde fit commen. Feriae.

A D T E R T I A M .

Antiphona. Ave , Maria .
Capitulum. Egredietur .

R. br. Tu exurgens Do-
mine , * Misereberis Sion .
Tu exurgens .

V. Quia tempus miserendi
ejus , quia venit tempus .
Misereberis . Gloria . Tu exur-
gens .

V. Rorate cœli desuper ,
& nubes pluant justum .

R. Aperiatur terra , & ger-
minet Salvatorem .

A D S E X T A M .

Antiph. Nè timeas Maria .
Capitulum. Isa. 7 .

Ecce virgo concipiet , &
pariet filium , & voca-
bitur nomen ejus Emmanuel .
Butyrum & mel comedet , ut
sciat reprobare malum , &
eligere bonum .

R. br. Rorate cœli desu-
per , * Et nubes pluant ju-
stum . Rorate .

V. Aperiatur terra , & ger-
minet Salvatorem . Et nubes .
Gloria Patri . Rorate .

V. Emitte Agnum Do-
mine Dominatorem terræ .

R. De petra deserti ad
montem filiæ Sion .

AD NONAM.

Antiphona. Ecce ancilla Domini.

Capitulum. Isa. 45.

R Orate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem: & justitia oritur simul: ego Dominus creavi eum.

R. br. Emitte Agnum Domine, * Dominatorem terræ. Emitte.

V. De petra deserti ad montem filiæ Sion. Dominatorem. Gloria Patri. Emitte.

V. Spiritus - Sanctus superveniet in te.

R. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

In secundis Vesperis omnia dicuntur ut in primis, præter 5. Antiphonam, cuius loco dicitur sequens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Psalmus. Memento Domine.


Ad Magnificat.

Antiphona. O virgo virginum, quomodo fiet istud: quia nec primam similem viſa es, nec habere sequentem? Filiæ Jerusalem, quid me admiramini? Divinum est mysterium quod cernitis.

Oratio. Deus qui de Beatae, ut suprà.

Pro comm. Adventus.

Ant. O Adonai, & dux domus, &c.



DIE X. FEBRUARII.

IN FESTO SANCTÆ SCHOLASTICÆ,

Virginis,

Semiduplex.

O R A T I O.

Deus, qui animam Beatæ Virginis tuæ Scholasticæ, ad ostendendam innocentiae viam, in Cœlum

specie Cœlum penetrare fecisti; da nobis ejus meritis & precibus, ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per.

In

*In I. Noct. Lect. de script. cœlestis vitæ gaudiis loqua-
dec. Si vener. in Quadrag. mur. Cui ille respondit :
sumant. ex comm. Virg. De Quid est quod loqueris So-
Virginibus præceptum , &c.
rator , manere extra cellam*

In II. Nocturno.

*Ex Libro 2. Dialogorum
S. Gregorii Papæ , Cap. 33.*

Lectio IV.

SCholaistica venerabilis Patris Benedicti Soror , omnipotenti Domino ab ipso infantiae tempore dedicata , ad eum semel per annum venire consueverat ; ad quam Vir Dei non longè extra jantuam in possessione Monasterii descendebat. Quam verò die venit ex more , atque ad eam cum Discipulis venerabilis ejus descendit Frater , qui totum diem in Dei laudibus sacrificique colloquiis ducentes , incumbentibus jam noctis tenebris , simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam federent , & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret , eadem sanctimonialis foemina Soror ejus eum rogavit , dicens : Quæso te , ut istâ nocte me non deferas , ut usque manè de cœlestis vitæ gaudiis loqua-
mur. Cui ille respondit : Quid est quod loqueris So-
rator , manere extra cellam nullatenus possum. Tanta ve-
rò erat Cœli serenitas , ut nulla in aëre nubes appare-
ret , sanctimonialis autem foemina , cùm verba Fratris negantis audivisset , insertas digitis manus super mensam posuit , & caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinavit : Cumque levaret de mensa caput , tanta corruscationis & toni-
trui virtus , tantaque inundatio pluviae erupit , ut neque venerabilis Benedictus , neque Fratres , qui cum eo aderant , extra loci limen , quo confederant , pedem movere potuerint.

R. Propter veritatem , &
mansuetudinem , & justi-
tiam : * Et deducet te mira-
biliter dextera tua.

V. Specie tuâ & pulchri-
tudine tuâ , intende , prospe-
rè procede , & regna. * Et
deducet te.

Lectio V.

Sanctimonialis quippe foemina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aëris ad pluviam traxit. Nec paulò tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis & inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret; quatenus unum idemque esset momentum, & levare caput, & pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruscos & tonitruos, atque ingentis pluviae inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus, dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, Soror, quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogavi te, & audire me nolueristi; rogavi Deum meum, & audivit me: modò ergo, si potes, egredere, & me dimissâ ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit in loco, mansit in-

vitus. Sicque factum est ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia sese vicariâ relatione satiarent.

R. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam.
* Propterea.

Lectio VI.

Cumque die altero eadem venerabilis foemina ad cellam propriam recessisset, Vir Dei ad Monasterium rediit. Cum ecce, post triduum in cella consistens, elevatis in aëra oculis, vidi ejusdem Sororis suæ animam de corpore egressam in Columbae specie Cœli secreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriarum congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, ejusque obitum Fratribus denunciavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulcro quod sibi ipsi paraverat ponerent. Quo facto

contigit, ut quorum mens ferentur tibi. Gloria Patri.
una semper in Deo fuerat, Afferentur.
eorum quoque corpora nec
sepultura separaret.


R. Afferentur Regi Virginis post eam, proximæ ejus:
* Afferentur tibi in lætitia &
exultatione.

Y. Specie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prospere procede, & regna. * Af-

In III. Nocturno.

Homilia in Evang. Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus, de Communi Virginum.

Si hoc Festum celebretur in Quadragesima, Lectione 9. erit de Homil. feriae.



DIE XIX. MARTII.

I N F E S T O S A N C T I J O S E P H,
Sponsi Beatae Mariae Virginis, Confessoris,

Duplex 2. class.

A D V E S P E R A S.

Antiphona.

Jacob autem genuit Joseph Virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliq. de Dominica, & loco ultim. *Psalm.* Laudate Dominum omnes gentes.

Antiphona. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam Viro, cui nomen erat Joseph, de do-

mo David, & nomen Virginis Maria.

Antiphona. Cùm esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequām convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu - Sancto.

Antiph. Joseph Vir ejus, cùm esset justus, & nolleat eam traducere, voluit occultere dimittere eam.

Ant. Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Jo-

D ij.

seph fili David , noli timere
accipere Mariam conjugem
tuam , quod enim in ea na-
tum est , de Spiritu - Sancto
est : pariet autem Filium , &
vocabis nomen ejus Jesum.

Capit. Prov. 27. & 28.

Ver fidelis multum lau-
dabitur ; & qui custos
est Domini sui , glorifica-
bitur.

Hymnus.

Te , Joseph , celebrent
agnima cœlitum ,
Te cuncti resonent Christia-
num Chori ,
Qui clarus meritis junctus es
inclytæ

Casto fœdere Virgini.

Almo cum tumidam germi-
ne conjugem

Admirans , dubio tangeris
anxius ,

Afflatus superi flaminis An-
gelus

Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum strin-
gis , ad exterias

Ægypti profugum tu seque-
ris plagas :

Amissum , Solymis quæ-
ris , & invenis

Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors
pia consecrat ,

Palmamque emeritos gloria
suscipit ,

Tu vivens , superis par , stue-
ris Deo ,

Mirâ sorte beatior.

Nobis summa Trias parce
precantibus :

Da Joseph meritis sidera
scandere ;

Ut tandem liceat nos tibi
perpetim

Gratum promere canti-
cum. Amen.

v. Constituit eum Domi-
num domus suæ.

R. Et principem omnis
possessionis suæ.

Ad Magnificat.

Ant. Exurgens Joseph à
somno , fecit sicut præcepit
ei Angelus Domini , & ac-
cepit conjugem suam.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tuæ
sponsi , quæsumus , Do-
mine , meritis adjuvemur :
ut quod possibilitas nostra
non obtinet , ejus nobis in-
tercessione donetur. Qui vi-
vis , &c.

*Sic celebretur in Quadra.
Sic fit comm. Feria.*

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Christum Dei Filium,
qui putari dignatus est
filius Joseph : * Venite ado-
remus.

Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

Coelitum Joseph decus,
atque nostræ
Certa spes vitæ , columen-
que mundi ,
Quas tibi læti canimus be-
nignus

Suscipe laudes.

Te Sator rerum statuit pudicæ
Virginis Sponsum , voluit-
que Verbi
Te Patrem dici , dedit &
ministrum

Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo
jacentem ,
Quem Chorus vatum cecinit
futurum ,

Aspicis gaudens , humiliisque
natum

Numen adoras.

Rex Deus Regum , Domi-
nator Orbis ,

Cujus ad nutum tremit infe-
rorum

Turba , cui pronus famula-
tur æther ,

Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi pe-
rennis ,

Quæ tibi præbens superos
honores ,

Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

In I. Nocturno.

Antiphona. Ascendit Jo-
seph à Galilæa de Civitate
Nazareth in Judæam , in ci-
vitatem David , quæ vocatur
Bethlehem , ut profiteretur
cum Maria

Psalm. Beatus vir , cum re-
liquis de comm. Confessoris
non Pontif.

Antiphona. Venerunt Pa-
stores festinantes , & invenie-
runt Mariam , & Joseph , &
Infantem positum in præ-
sepio.

Psalm. Quare fremuerunt.

Antiphona. Ecce Angelus
Domini apparuit in somnis
Joseph , dicens : Surge & ac-
cipe puerum & matrem ejus ,
& fuge in Ægyptum.

Psalm. Domine , quid multiplicati.

* Qui tradidit in manu illius universos vinctos.

V. Constituit eum Dominum dominus suæ.

V. Quidquid fiebat , sub ipso erat : Dominus enim erat cum illo , & omnia opera ejus dirigebat . * Qui tradidit.

R. Et principem omnis possessionis suæ.

De Libro Genesis.

Lectio I. Cap. 39.

Joseph igitur ductus est in Ægyptum , emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis Princeps exercitus , vir Ægyptius , de manu Ismaëlitarum , à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo , & erat vir in cunctis prosperè agens : habitavitque in domo Domini sui , qui optimè noveat Dominum esse cum eo , & omnia quæ gereret , ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram Domino suo , & ministrabat ei , à quo præpositus omnibus , gubernabat credit: m sibi domum , & universa quæ ei tradita fuerant : benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph.

Fuit Dominus cum Joseph , & dedit ei gratiam in conspectu Principis carceris :

Placuit Pharaoni consilium Joseph , & cunctis Ministris ejus : locutusque est ad eos : Num invenire poterimus tales virum , qui Spiritu Dei plenus sit ? dixit ergo ad Joseph : Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es , numquid sapientiorem , & consimilem tui invenire potero ? Tu eris super domum meam , & ad tui oris imperium cunctus populus obediens : uno tantum regni solio te præcedam.

R. Esuriente terrâ Egypti clamavit populus ad Regem alimenta petens. Quibus ille respondit : * Ite ad Joseph , & quidquid vobis dixerit , facite.

V. Crescebat quotidiè famæ in omni terra , aperuitque Joseph universa horrea ,

& vendebat Aegyptiis. * Ite dullam terræ: * Pro salute.
ad Joseph , & quidquid , Gloria Patri. Pro salute.
&c.

Lectio III. Gen. C. 41.

DIxitque rursus Pharao ad Joseph : Ecce constitui te super universam terram Aegypti. Tulitque annulum de manu sua , & dedit eum in manu ejus: vestivitque eum stolâ byssinâ , & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum , clamante præcone , ut omnes coram eo genuflecterent , & præpositum esse scirent universæ terræ Aegypti. Dixitque Rex ad Joseph : Ego sum Pharao : absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti.

R. Fecit me Dominus quasi patrem Regis , & Dominum universæ domûs ejus : nolite pavere : * Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum.

R. Venite ad me , & ego dabo vobis omnia bona Aegypti , & comedetis me-

In II. Nocturno.

Antiphona. Consurgens Joseph accepit puerum & matrem ejus nocte , & secessit in Aegyptum : & erat ibi usque ad obitum Herodis.

Psalm. Cum invocarem.

Antiphona. Defuncto He-rode Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Aegypto , dicens : Surge & accipe puerum & matrem ejus , & vade in terram Israël , Defuncti sunt enim qui quererant animam pueri.

Psalm. Verba mea.

Antiphona. Accepit Joseph puerum & matrem ejus , & venit in terram Israël .

Psalm. Domine Dominus noster.

X. Magna est gloria ejus , in salutari tuo.

R. Gloriam , & magnum decorum impones super eum.

Sermo Sancti Bernardi
Abbatis.

Homil. 2. super Missus , prope finem. Lectio IV.

Quis & qualis homo fuerit Beatus Joseph ,

conjice ex appellatione, quâ, licet dispensatoriâ, meruit honorari adeo ut pater Dei dictus & creditus sit : conjice & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari. Simul & memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum & gratiam.

R. Ascendit Joseph à Galilæa de civitate Nazareth in Iudæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: * Eò quòd esset de domo, & familia David.

V. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. * Eò quòd.

Lectio V.

Si quidem ille Joseph, fraterna ex invidia venditus, & ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit : Iste Joseph, Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille domino

suo fidem servans, Dominus noluit commisceri : iste Dominam suam Domine sui matrem, virginem agnoscens, & ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum : isti datum est conscientium fieri atque participationem cœlestium sacramentorum.

R. Surge & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum : * Et esto ibi, usque dum dicam tibi.

V. Ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi filium meum. * Et esto.

Lectio VI.

Ille frumenta servavit non sibi, sed omni populo : iste panem vivum è cœlo servandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Non est dubium, quin bonus & fidelis homo fuerit iste Joseph, cui mater desponsata est Salvatoris. Fidelis, inquam, servus & prudens, quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis

nis nutritium , solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidissimum.

Rz. Cùm inducerent puerum Jesum parentes ejus , ut facerent secundùm consuetudinem legis pro eo : * Accipit eum Simeon in ulnas suas , & benedixit Deum.

XV. Et erat Pater ejus , & mater mirantes super his , quæ dicebantur de illo . * Accipit eum. Gloria Patri. Accipit eum.

In III. Nocturno.

Antiphona. Audiens Joseph quòd Archelaüs regnaret in Iudea pro Herode patre suo , timuit illò ire

Psalm. Domine quis habitabit.

Antiphona. Admonitus insomnis Joseph , secessit in partes Galilææ ; & veniens habitavit in civitate , quæ vocatur Nazareth ; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas : Quoniam Nazareus vocabitur.

Psalm. Domine , in virtute tua.

Antiphona. Erat Pater Iesu , & Mater mirantes su-

per his , quæ dicebantur de illo ; & benedixit illis Simeon.

Psalm. Domini est terra.

XV. Justus germinabit sicut lilium.

Rz. Et florebit in æternum ante Dominum.

Lectione Sancti Evangelii
Secundùm Matthæum.

Lectio VII.

Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Joseph , antequam convenienter , inventa est in utero habens de Spiritu - Sancto. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi
Presbyteri.

Quare non de simplici virgine , sed de despontata concipitur ? Primum , ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur : secundò , nè lapidaretur à Iudeis ut adultera : tertio , ut in Ægyptum fugiens haberet solatum. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam cur à despontata conceptus sit : ut partus , inquiens , ejus celaretur diabolo dum cum pu-

tat non de virgine , sed de uxore generatum.

si celebretur in Quadrag. & de ea fit comm. in Laudib.

Rz. Dixit Mater Jesu ad illum : Fili quid fecisti nobis sic ? * Ecce pater tuus , & ego dolentes quærebamus te.

v. Et ait ad illos : Quid est quòd me quærebatis ? nesciebatis , quia in his , quæ Patris mei sunt , oportet me esse ? * Ecce pater.

Lectio VIII.

Antequām convenienterent , inventa est in utero habens de Spiritu-Sancto . Non ab alio inventa est , nisi à Joseph qui penè licentiā maritali futuræ uxoris omnia noverat . Quòd autem dicitur ? Antequām convenienterent : non sequitur ut postea convererint sed scriptura quod factum non sit ostendit .

Rz. Descendit Jesus cum eis , & venit Nazareth : * Et erat subditus illis .

v. Proficiebat sapientiā , & ætate , & gratiā apud Deum , & homines . * Et erat . Gloria . Et erat .

Nona Lectio dicitur de Homilia feria occurrentis ,

Joseph autem vir ejus cùm esset justus , & nollet eam traducere , voluit occultè dimittere eam . Si quis fornicariæ conjungitur , unum corpus efficitur : & in lege præceptum est , non solum reos , sed & consciens criminum obnoxios esse peccati : quomodo Joseph , cùm crimen celaret uxoris , justus scribitur ? Sed hoc testimonium Mariæ est , quòd Joseph sciens illius castitatem , & admirans quod evenerat , celat silentio , cuius mysterium nesciebat .

Te Dcum laudamus .

AD LAUDES

& per Horas . Ant.

IBant parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem , in die solemnī Paschæ .

Psalm. Dominus regnabit , cum reliq.

Antiphona. Cùm redirent , remansit puer Jesus in Jerusalem , & non cognoverunt parentes ejus .

Antiphona. Non inveniens

tes Jesum, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum: & post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audiensem, & interrogantem eos.

Antiph. Dixit Mater ejus ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes, quærebamus te.

Antiphona. Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

Capit. Vir fidelis, ut suprà.

Hymnus.

Iste quem læti colimus,
fideles,
Cujus excelsos canimus
triumphos,
Hac die Joseph meruit perennis

Gaudia vitae.

O nimis felix, nimis ô
beatus,
Cujus extremam vigiles ad
horam,
Christus & virgo simul asti-
terunt

Ore sereno.

Hinc Stygis victor laquo-
solutus

Carnis, ad sedes, placido
sopore,
Migrat æternas, rutilisque
cingit

Tempora fertis.

Ergo regnante flagitemus
omnes,

Adsit ut nobis, veniamque
nostris

Obtinens culpis, tribuat su-
pernae

Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint
honores,

Trine, qui regnas Deus, &
coronas

Aureas servo tribuis fidelī

Omne per ævum.

Amen.

*V. Os justi meditabitur
sapientiam.*

*R. Et lingua ejus loquetur
judicium.*

Ad Benedictus. Ant.

Ipse Jesus erat incipiens,
quasi annorum triginta, ut
putabatur, filius Joseph.

*Oratio. Sanctissimæ Geni-
tricis, ut suprà.*

AD TERTIAM.

Antiphona. Cùm redirent.

*Capit. Vir fidelis, ut
suprà.*

R. br. Constituit eum *
Dominum domūs suæ. Con-
stituit.

V. Et principem omnis
possessionis suæ. Dominum
domūs suæ. Gloria Patri.
Constituit.

V. Magna est gloria ejus
in salutari tuo.

R. br. Gloriam, & magnum
decorem impones super eum.

A D S E X T A M.

Antiph. Non invenientes.

Capit. Eccl. 45.

Dilectus Deo & ho-
minibus, cuius me-
moria in benedictione est.
In fide & lenitate ipsius
Sanctum fecit illum, & ele-
git eum ex omni carne.

R. br. Magna est gloria
ejus * in salutari tuo. Magna
est.

V. Gloriam & magnum
decorem impones super eum.
In salutari tuo. Gloria Patri.
Magna est.

V. Justus germinabit sicut
lilium.

R. br. Et florebit in æternum
ante Dominum.

A D N O N A M.

Antiph. Descendit Jesus,

Capitul. Sap. 1.

Profugum justum dedu-
xit Sapientia per vias re-
ctas, & ostendit illi Reg-
num Dei, & dedit illi sci-
entiam Sanctorum, honestavit
illum in laboribus, & com-
plevit labores illius.

R. br. Justus germina-
bit, * Sicut lilyum. Justus.

V. Et florebit in æternum
ante Dominum. Sicut lilyum,
Gloria Patri. Justus germi-
nabit.

V. Plantatus in domo Do-
mini.

R. br. In atriis domūs Dei
nostrī.

In secundis Vesperis.

Antiphona. Ibant paren-
tes, &c. ut suprà in Lau-
dibus.

Psalmi, Capitulum &
*Hymnus ut in primis Ves-
peris.*

V. Gloria & divitiae in
domo ejus.

R. br. Et justitia ejus manet
in sæculum sæculi.

Ad Magnificat.

Ant. Ecce fidelis servus
& prudens, quem constituit

Dominus super familiam suam.
Rx. Generatio rectorum benedicetur.

Oratio. Sanctissimæ Genitricis, &c. ut suprà.

Deinde fit com. S. Joachim Patris B. M. V.


Antiph. Laudemus virum glriosum in generatione sua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput ejus.

X. Potens in terra erit semen ejus.

Oratio.

Deus, qui præ omnibus Sanctis tuis Beatum Joachim Genitricis Filii tui Patrem esse voluisti; concede, quæsumus, ut cuius festa veneramur, ejus quoque perpetuò patrocinia sentiamus. Per eundem, &c.

Et si celebretur in Quadragesima, fit etiam commemorationis feriae.



FERIA VI. POST DOM. PASSIONIS.

I N F E S T O S E P T E M D O L O R U M
Beatae Mariae Virginis,

Duplex.

Si hoc Festum occurrat cum alio Festo dup. 1. vel 2. class. transfert. in Sabb. sequens. Quod si sit impeditum alio Festo 9. Leet. illo anno omittatur, & nunquam transferatur ad temp. Pasch.

AD VESPERAS.

Antiphona.

VAdam ad montem myrræ, & ad collem thuris.

Psalmus 115.

CRedidi propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : *
Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domi-
no , * pro omnibus quæ
retribuit mihi ?

Calicem salutaris acci-
piam : * & nomen Domini
invocabo.

Vota mea Domino red-
dam coram omni populo
ejus : * pretiosa in conspectu
Domini mors Sanctorum
ejus.

O Domine , quia ego
servus tuus , * ego servus
tuus , & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : *
tibi sacrificabo hostiam lau-
dis , & nomen Domini in-
vocabo.

Vota mea Domino red-
dam in conspectu omnis po-
puli ejus : * in atriis domus
Domini , in medio tui Jeru-
salem.

Gloria Patri , &c.

*Antiph. Vadam ad mon-
tem myrræ , & ad collem-
thuris.*

*Antiphona. Dilectus meus
candidus & rubicundus : co-
mæ capitis ejus sicut purpu-
ra Regis vinæta canalibus.*

Psalmus 119.

AD Dominum , cùm tri-
bularer , clamavi : * &
exaudiuit me.

Domine , libera animam
meam à labiis iniquis : * &
à lingua dolosa.

Quid detur tibi , aut quid
apponatur tibi , * ad lin-
guam dolosam ?

Sagittæ potentis acutæ : *
cum carbonibus desolato-
riis.

Heu mihi , quia incolatus
meus prolongatus est : ha-
bitavi cum habitantibus Ce-
dar : * multum incola fuit
anima mea.

Cum his qui oderunt pa-
cem , eram pacificus : * cùm
loquebar illis , impugnabant
me gratis.

Gloria Patri , &c.

*Antiphona. Dilectus meus
candidus & rubicundus : co-
mæ capitis ejus sicut purpu-
ra Regis vinæta canalibus.*

*Antiphona. Quò abiit di-
lectus tuus , ô pulcherrima
mulierum ? quò dilectus tuus
declinavit ?*

Psalmus 139.

ERipe me, Domine, ab homine malo: * à viro inique eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde: * totâ die constituebant prælia.

Acuerunt linguis suas sicut serpentis: * venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me, Domine, de manu peccatoris: * & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: * absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: * juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino: Deus meus es tu: * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine, virtus salutis meæ: * obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Domine, à desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exalentur.

Caput circuitus eorum: * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos: * in miseriis non subsistent.

Vir linguis non dirigetur in terra: * virum infirmum mala capient in intentu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis: * & vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: * & habitabunt recti cum vultu tuo.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò dilectus tuus declinavit?

Antiph. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

Psalmus 140.

Domine, clamavi ad te, exaudi me: * intende vocem meæ, cùm clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam

ori meo : * & ostium circumstantiae labii meis.

Non declines cor meum
in verba malitiae : * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : * & non communicabo cum electis eorum.

Corripet me justus in misericordia , & increpabit me : * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum : * absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum.

Audent verba mea quoniam potuerunt : * sicut crastitudo terrae erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum , * quia ad te, Domine , Domine , oculi mei : in te speravi , non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi : * & à scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in reticulo ejus

peccatores : * singulariter suum ego , donec transcam.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi , inter ubera mea commorabitur.

Antiphona. Fulcite me floribus , stipate me malis , quia amore languo.

Psalmus 141.

Voce meâ ad Dominum clamavi : * voce meâ ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam : * & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum : * & tu cognovisti semitas meas.

In via hac quâ ambulabam : * absconderunt lacuum mihi.

Considerabam ad dextram , & videbam : * & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me : * & non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te , Domine , * dixi ; Tu es spes mea , portio

portio mea in terra viven-
tium.

Intende ad deprecatio-
nem meam : * quia humili-
atus sum nimis.

Libera me à persequenti-
bus me : * quia confortati
sunt super me.

Educ de custodia animam
meam ad confitendum no-
mini tuo : * me expectant
Justi , donec retribuas mihi.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Fulcite me flori-
bus , stipate me malis , quia
amore langueo.

Capitulum. Isaiae 53.

Quis credidit auditui
nostro ? & brachium
Domini cui revelatum est ?
Et ascendet sicut virgultum
coram eo , & sicut radix de
terra sidenti.

Hymnus.

Stabat Mater dolorosa ,
Juxta Crucem lacrymosa ,
Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem ,
Contristatam & dolentem ,
Pertransivit gladius.

O quam tristis & afflita
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti !

Quæ mærebat , & dolebat ,
Et tremebat cum videbat
Nati pœnas incliti.

Quis est homo qui non
flet , Christi matrem si videret
In tanto supplicio ?

Quis posset non contristari ,
Piam matrem contemplari
Dolentem cum Filio ?

Pro peccatis suæ gentis ,
Vidit Jesum in tormentis ,
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum
Morientem , desolatum ,
Dum emisit spiritum.

Eia mater fons amoris ,
Me sentire vim doloris
Fac , ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum ,
In amando Christum Deum ,
Ut sibi complaceam.

Amen.

*V. Ora pro nobis , Virgo
dolorosissima.*

*R. Ut digni efficiamus
promissionibus Christi.*

Ad Magnificat.

Antiphona. Tuam ipsius
animam (ait ad Mariam
Simeon) pertransivit gla-
dius.

Oratio.

Deus, in cuius passione secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriose Virginis & matris Mariae doloris gladius pertransivit: concede proprie-
tius, ut qui transfixionem ejus & passionem venerando recolimus, gloriois meritis & precibus omnium Sanctorum Crucis fideliter astan-
tium intercedentibus, passionis tuae effectum felicem con-
sequamur. Qui vivis, &c.

Et commemor. feria.

AD MATUTINUM.

Invitat. Dolores gloriose recolentes Virginis, Dominum pro nobis passum, * Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

Sancta Mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas,
Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Poenas mecum divide.

Fac me vere tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.

Juxta Crucem tecum stare,
Te libenter sociare
In planctu desidero.
Amen.

In I. nocturno.

Antiph. Astiterunt reges terrae, & principes convene-
runt in unum adversus Do-
minum, & adversus Chri-
stum ejus.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gen-
tes : * & populi me-
ditati sunt inania ?

Astiterunt reges terrae,
& principes convenerunt in
unum : * adversus Domi-
num, & adversus Christum
ejus.

Dirumpamus vincula eo-
rum : * & projiciamus a no-
bis jugum ipsorum.

Qui habitat in coelis, irri-
debit eos : * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in
ira sua : * & in furore suo
conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum
Rex ab eo super Sion mon-
tem sanctum ejus : * prædi-
cans præceptum ejus.

*Dominus dixit ad me : **

Filius meus es tu , ego ho-
die genui te.

Postula à me , & da-
bo tibi Gentes hæreditatem
tuam : * & possessionem tuam
terminos terræ.

Reges eos in virga fer-
rea : * & tanquam vas figuli
confringes eos.

Et nunc reges intelligi-
te : * erudimini qui judica-
tis terram.

Servite Domino in timo-
re : * & exultate ei cum tre-
more.

Apprehendite discipli-
nam , ne quando irascatur
Dominus : * & pereatis de
via justa.

Cum exarserit in brevi ira
eius : * beati omnes , qui
confidunt in eo.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Astiterunt reges
terræ , & principes convene-
runt in unum adversus Do-
minum , & adversus Chri-
stum ejus.

Antiph. Voce meâ ad
Dominum clamavi , & exau-
divit me de monte sancto
suo.

Psalms 3.

Domine , quid multi-
plicati sunt qui tribu-
lant me ? * multi insurgunt
adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : *
Non est salus ipsi in Deo
eius.

Tu autem , Domine , sus-
ceptor meus es : * gloria
mea , & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dominum
clamavi : * & exaudivit me
de monte sancto suo.

Ego dormivi , & sopora-
tus sum : * & exurrexi , quia
Dominus suscepit me.

Non timebo millia po-
puli circumdantis me : *
exurge Domine , salvum me
fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti om-
nes adversantes mihi sine cau-
sa : * dentes peccatorum
contrivisti.

Domini est salus : * &
super populum tuum bene-
dictio tua.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Voce meâ ad
Dominum clamavi , & exau-
divit me de monte sancto
suo.

Antiph. Factum est cor meum tanquam cera liquef-
cens in medio ventris mei.

Psalms 12.

USQUEQUÒ Domine obli-
visceris me in finem? *
usquequò avertis faciem tuam
à me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea : * dolo-
rem in corde meo per diem?

Usquequò exaltabitur ini-
micus meus super me : * res-
pice , & exaudi me , Domi-
ne Deus meus.

Illumina oculos meos ,
ne umquam obdormiam in
morte : * nequando dicat
inimicus meus : Prævaluí ad-
versus eum.

Qui tribulant me , exulta-
bunt , si motus fuero : * ego
autem in misericordia tua
speravi.

Exultabit cor meum in sa-
lutari tuo , cantabo Domino
qui bona tribuit mihi , * &
psallam nomini Domini al-
tissimi.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Factum est cor
meum tamquam cera liquef-
cens in medio ventris mei.

¶ Posuit me desolatam.
¶ Totâ die in orbe con-
fectam.

De Isaïa Propheta.

Lection I. Cap. 53.

Quis credidit auditui
nostro ? & brachium
Domini cui revelatum est?
Et ascendet sicut virgultum
coram eo , & sicut radix de
terra sitienti : non est species
ei , neque decor : & vidimus
eum , & non erat aspectus ,
& desideravimus eum. Des-
pectum , & novissimum vi-
rorum , virum dolorum , &
scientem infirmitatem : &
quasi absconditus vultus ejus
& respectus , unde nec repu-
tavimus eum. Verè languo-
res nostros ipse tulit , & do-
lores nostros ipse portavit ,
& nos putavimus eum quasi
leprosum , & percussum à
Deo , & humiliatum. Ipse
autem vulneratus est propter
iniquitates nostras , attritus
est propter scelera nostra dis-
ciplina pacis nostræ super
eum , & livore ejus sanati
sumus.

¶ Dilectus meus candi-
dus & rubicundus , & totus

desiderabilis : * Omnis enim figura ejus amorem spirat , & ad redamandum provoca-
cat caput inclinatum , manus expansæ , pectus apertum .

¶. Piis , ô Virgo , spectas eum oculis , contemplans in eo non tam vulnerum livorem , quam mundi salutem . * Omnis enim .

Lectione II.

OMNES nos quasi oves erravimus , unusquisque in viam suam declinavit : & posuit Dominus in eo iniuriam nostrum . Oblatus est , quia ipse voluit , & non aperuit os suum : sicut ovis ad occisionem ducetur , & quasi agnus coram tondente se obmutescet , & non aperiet os suum . De angustia & de judicio sublatus est ; generationem ejus quis enarrabit ? quia abscissus est de terra viventium : propter scelus populi mei percussi eum . Et dabit impios pro sepultura , & dividitem pro morte sua : eo quod iniuriam non fecerit , neque dolus fuerit in ore ejus .

¶. Manus ejus tornatiles clavorum cuspidे terebratæ , * Humanæ salutis pretio quasi Hyacinthis refertæ .

¶. Cornua in manibus ejus ; ibi abscondita est fortitudo ejus : sunt enim manus ejus . * Humanæ salutis .

Lectione III.

ET Dominus voluit conterere eum in infirmitate : si posuerit pro peccato animam suam , videbit semen longævum , & voluntas Domini in manu ejus dirigetur . Pro eo quod laboravit anima ejus , videbit & saturabitur : in scientia sua justificabit ipse justus Servus meus multos , & iniurias eorum ipse portabit . Ideo dispertiam ei plurimos & fortium dividet spolia , pro eo quod tradidit in mortem animam suam , & cum sceleratis reputatus est : & ipse peccata multorum tulit , & pro transgressoribus rogavit .

¶. Diligebat Jesus Joannem , quoniam specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dig-

num : * Quia virgo electus ab ipso , virgo in ævum permansit.

V. In Cruce denique mortiturus huic matrem virginem virgini commendavit. * Quia virgo. Gloria Patri. Quia virgo.

In II. Nocturno.

Ant. Inimici mei dixerunt mala mihi : Quando morietur , & peribit nomen ejus ?

Psalmus 40.

Beeatus qui intelligit super egenum & pauperem : * in die mala libabit eum Dominus.

Dominus conservet eum , & vivificeret eum , & beatum faciat eum in terra : * & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus : * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi : Domine , miserere mei , * sana animam meam , quia peccavi tibi.

V. Inimici mei dixerunt mala mihi : * Quando morietur , & peribit nomen ejus ?

Et si ingrediebatur ut viseret , vana loquebatur : * cor eius congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras : * & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei : * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me : * numquid qui dormit , non adjicet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meæ , in quo speravi : * qui edebat panes meos , magnificavit super me supplantationem

Tu autem , Domine , miserere mei , & resuscita me : * & retribuam eis.

In hoc cognovi , quoniam voluisti me : * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti : * & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo , & usque in sæculum : * fiat , fiat.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Inimici mei dixerunt mala mihi : quandō morietur , & peribit nomen ejus ?

Antiphona. Deus , vitam meam annuntiavi tibi : posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Psalmus 55.

Miserere mei Deus , quoniam conculcavit me homo : * totā die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei totā die : * quoniam multi bellantes adversū me.

Ab altitudine diei timebo : * ego verò in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos , in Deo speravi : * non timebo quid faciat mihi caro.

Totā die verba mea exerabantur : * adversū me omnes cogitationes eorum , in malum.

Inhabitabunt & abscondent : * ipsi calcaneū meum observabunt.

Sicut sustinuerunt animam meā , prō nihilo salvos fa-

cies illos : * in ira populos confringes.

Deus , vitam meam annuntiavi tibi : * posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua : * tunc convertentur inimici mei retrorsū.

In quacumque die invocavero te : * ecce cognovī quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum , in Domino laudabo sermonem : * in Deo speravi , non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt , Deus , vota tua : * quæ reddam laudationes tibi ?

Quoniam eripuisti animam meam de morte , & pedes meos de lapsu : * ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Deus , vitam meam annuntiavi tibi : posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Antiph. Filii hominum , dentes eorum arma & sagit-

ta, & lingua eorum gladius acutus.

Psalmus 56.

Miserere mei, Deus, miserere mei: * quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo: * donec transfeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum: * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cœlo, & liberavit me: * dedit in opprobrium concilantes me.

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: * & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormivi conturbatus.

Filiī hominum, dentes eorum arma & sagittæ: * & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cœlos Deus: * & in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis: * & incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam: * & inciderunt in eam.

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: * cantabo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: * exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine; * & psalmum dicam tibi in Gentibus.

Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua: * & usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos Deus: * & super omnem terram gloria tua.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Filii hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

XV. Facies mea intumuit à fletu.

R^g. Et palpebræ meæ caligaverunt.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Ex Sermone de 12. stellis.

Lectione IV.

Martyrium Virginis, tam in Simeonis prophetia, quam in ipsa Dominicæ Passionis historia commendatur.

commendatur. Positus est ut plusquam Martyrem non hic (ait sanctus senex de pueru Jesu) in signum cui contradicetur : & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam , ô beata Mater , animam pertransivit. Alioquin non nisi eam pertransiens , carnem Filii tui penetraret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Jesus , ipsius planè non attigit animam crudelis lancea , quæ ipsius aperuit latus , sed tuam utique animam pertransivit. Ipsius nimirum anima jam ibi non erat , sed tua planè inde nequibat avelli.

R. Tenebræ factæ sunt cùm crucifixissent Jesum Judæi , & circa horam nonam exclamavit Jesus voce magnâ : Deus meus , ut quid dereliquisti me : * Et inclinato capite emisit spiritum.

V. Quis tibi nunc sensus , dum cernis talia , Virgo ? * Et inclinato capite.

Lectione V.

T Uam ergo pertransivit animam vis doloris ,

immierito prædicemus , in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit fermo ille , reverè pertransiens animam , & pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus : Mulier , ecce filius tuus. O commutationem ! Joannes tibi pro Jesu traditur , servus pro Domino discipulus pro Magistro , filius Zebedæi pro Filio Dei , homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio , quando & nostra , licet saxeæ , licet ferrea pectora , sola recordatio scindit.

R. Passio Domini , * ipsam ejus Matrem carnali orbitate graviter percussam , vehementissime contrastavit.

V. Ferrum lanceæ militaris latus quidem Salvatoris , animam verò transivit Virginis Matris. * Ipsam ejus Matrem. Lectione VI.

N On miremini , fratres , quod Maria martyris

anima fuisse dicatur. Miratur qui non meminerit se audivisse Paulum inter maxima Gentium criminis memorantem quod sine affectione, fuissent. Longè id fuit à Mariæ visceribus, longè sit à servulis ejus. Sed fortè quis dicat: Numquid non eum præsicerat moritum? Et indubitanter. Numquid non sperabat continuo resurrectum? Et fideliter. Super hæc doluit crucifixum? Et vehementer. Alioquin quisnam tu frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut miraris plus Mariam compatiens, quam Mariæ Filium patientem? Ille etiam mortis corpore potuit: ista commori corde non potuit? Fecit illud charitas qua majorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, qui post illam similis altera non fuit.

¶. Quis mihi det te fratrem meum fugentem ubera Matris meæ, & inherendo lateri tuo, ut sanguis tuus sanguinem meum tangat, & terget: * Ut fons aquæ tuæ de scaturigine recti cordis,

per venas boni oporis, in finem æternæ felicitatis exiliat?

¶. Filii tui de longè venient, & Filiae tuæ de latere surgent. * Ut fons. Gloria Patri. Ut fons.

In III. Nocturno.

Ant. Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Psalmus 63.

Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor: * à timore inimici eripe animam meam.

Protextisti me à conventu malignantium: * à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: * intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum, & noi timebunt: * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut abscondarent laqueos: * dixerunt: Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: *

defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum : * & exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum , & infirmatæ sunt contra eos linguae eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos , & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei : * & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Domino , & sperabit in eo : * & laudabuntur omnes recti corde.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Intenderunt arcum rem amaram , ut sagittent in occultis immaculatum.

Antiph. Factus sum sicut homo sine adjutorio , inter mortuos liber.

Psalmus 87.

Domine , Deus salutis meæ : * in die clama vi , & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea : * & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descenditibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio , inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris , quorum non es memor amplius : * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebris , & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum , & non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te , Domine , tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici succitabunt , & confitebuntur tibi ?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam

tuam : * & veritatem tuam in
perditione ?

Numquid cognoscentur
in tenebris mirabilia tua : *
& justitia tua in terra obli-
vionis ?

Et ego ad te, Domine,
clamavi : * & manè oratio
mea præveniet te.

Ut quid, Domine, re-
pellis orationem meam : *
avertis faciem tuam à me ?

Pauper sum ego, & in la-
boribus à juventute mea : *
exaltatus autem, humiliatus
sum & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : *
& terrores tui conturbave-
runt me.

Circumdederunt me sicut
aqua totâ die : * circumde-
derunt me simul.

Elongasti à me amicūm &
proximum : * & notos meos
à miseria.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Factus sum sicut
homo sine adjutorio, inter
mortuos liber.

Antiph. Replevit me ama-
ritudine, inebravit me ab-
synthio.

D Eus, laudem meam ne
tacueris : * quia os
peccatoris, & os dolosi su-
per me apertum est.

Locuti sunt adversum me
linguâ dolosa, & sermoni-
bus odii circumdederunt
me : * & expugnaverunt me
gratis.

Pro eo ut me diligenter,
detrahebant mihi : * ego
autem orabam.

Et posuerunt adversum
me mala pro bonis : * &
odium pro dilectione mea.

Constitue super eum pecc-
atorem : * & diabolus stet
à dextris ejus.

Cùm judicatur, exeat con-
demnatus : * & oratio ejus
fiat in peccatum.

Fiant dies ejus pauci : * &
episcopatum ejus accipiat al-
ter.

Fiant filii ejus orphani : *
& uxor ejus vidua.

Nutantes transferantur filii
ejus, & mendicent : * & ejici-
antur de habitationibus suis.

Scrutetur scenerator om-
nem substantiam ejus : * &
ripiant alieni labores ejus.

Non sit illi adjutor : * nec
sit qui misereatur pupillis
ejus.

Fiant nati ejus in interi-
tum : * in generatione una
deleatur nomen ejus.

In memoriam redeat ini-
quitas patrum ejus in con-
spectu Domini : * & pecca-
tum matris ejus non deleat-
tur.

Fiant contra Dominum
semper , & dispereat de ter-
ra memoria eorum : * pro
eo quod non est recordatus
facere misericordiam.

Et persecutus est homi-
nem inopem , & mendic-
cum : * & compunctum cor-
de mortificare.

Et dilexit maledictionem ,
& veniet ei : * & noluit be-
nedictionem , & elongabi-
tur ab eo.

Et induit maledictionem
sicut vestimentum : * & in-
travit sicut aqua in interiora
ejus , & sicut oleum in ossi-
bus ejus.

Fiat ei sicut vestimentum ,
quo operitur : * & sicut zo-
na , qua semper præcincti-
gur.

Hoc opus eorum , qui de-
trahunt mihi apud Domi-
num : * & qui loquuntur
mala adversus animam
meam.

Et tu , Domine , Domi-
ne , fac mecum propter no-
men tuum : * quia suavis est
misericordia tua.

Libera me , quia egenus
& pauper ego sum : * & cor
meum conturbatum est in-
tra me.

Sicut umbra cum declinat ,
ablatus sum : * & excussus
sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt
à junio : * & caro mea im-
mutata est propter oleum.

Et ego factus sum oppro-
brium illis : * viderunt me ,
& moverunt capita sua.

Adjuva me , Domine
Deus meus : * salvum me
fac secundum misericordiam
tuam.

Et sciant quia manus tua
hæc : * & tu , Domine , fecisti
eam.

Maledicent illi , & tu be-
nedices : * qui insurgunt in
me , confundantur ; servus
autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore : * & operiantur sicut diploide confusione suâ.

Confitebor Domino nimis in ore meo : * & in medio multorum laudabo eum.

*Quia astitit à dextris pauperis : * ut salvam faceret à persequentibus animam meam.*

Gloria Patri , &c.

Antiph. Replevit me amaritudine ; ineibriavit me absynthio.

¶. Deus vitam meam annuntiavi tibi.

R. Posuisti lacrymas meas in conspectu meo.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio VII. Cap. 19.

IN illo tempore : Stabant juxta crucem Jesu Mater ejus, & soror Matris ejus Maria Cleophæ , & Maria-Magdalene. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Traet. 119. in Joann.

HÆc nimirum est illa hora , de qua Jesus ,

aquam conversurus in vi-
num , dixerat Matri : Quid
mihi & tibi est mulier ? Non dū venit hora mea.

Hanc itaque horam prædi-
xerat , quæ tunc nondū ve-
nerat , in qua deberet agnoscere moriturus , de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturus , non divinitatis , sed infirmitatis Matrem velut incognitam re-
pellebat. Nunc autem hu-
mana jam patiens , ex qua fuerat factus homo , affectu commendat humano ; mo-
ralis igitur insinuat locus.

Facit quod faciendum ad-
monet , & exemplo suo ,
suos ministros instruxit præ-
ceptor bonus , ut à filiis
piis impendatur cura paten-
tibus , tanquam lignum illud ,
ubi fixa erant membra mor-
rientis , etiam cathedra fue-
rit Magistri docentis.

R. Doleo super te fili mi-
Jesu , decorus nimis , &
amabilis super amorem mu-
lierum : * Sicut enim Mater
unicum diligit filium , ita
ego te diligebam.

¶. Defecit in dolore vita

mea , & anni mei in gemiti-
bus.* Sicut enim.

Lætio VIII.

EX hac sana doctrina di-
cicerat Paulus Aposto-
lus , quod docebat , quandò
dicebat : Si quis autem suis ,
& maximè domesticis non
providet , fidem negavit , &
est infideli deterior. Quid
autem , tam cuique dome-
sticum , quām parentes filiis ,
aut parentibus filii ? Hujus
itaque saluberrimi præcepti
ipse Magister sanctorum de
se ipso constituebat exem-
plum : quandò non ut famu-
læ Deus , quam creaverat ,
& regebat , sed ut Matri ho-
mo , de qua creatus fuerat ,
& quam relinquebat , alte-
rūn pro se quodammodo
filium providebat.

R. Eia Mater fons amoris ,
fac nos sentire vim doloris ,
ut tecum lugeamus : * Et
Dominicæ passionis fructum
sentiamus.

V. Ut sicut filius tuus Je-
sus pro nobis mortuus est , &
resurrexit ; ita & nos com-
mortui , cum eodem resur-
gamus.* Et Dominicæ.

Lect. 9. de Hom. fer. occ.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

& per Horas , Antiph.

VAdam ad montem
myrræ & ad collem
thuris.

Psalm. Dominus regna-
vit , cum reliquis de Dom.

Ant. Dilectus meus can-
didus , & rubicundus : co-
mæ capitï ejus sicut purpu-
ra Regis vineta canalibus.

Ant. Quò abiit dilectus
tuus , ô pulcherrima mulie-
rum ? quò dilectus tuus de-
clinavit ?

Ant. Fasciculus myrræ
dilectus meus mihi , inter
ubera mea commorabitur.

Ant. Fulcite me flotibus ,
stipate me malis , quia amo-
re langueo.

Capitulum. Isaïæ 53.

Quis credidit auditu
nostro ? & brachium
Domini cui revelatum est ?
Et ascendet sicut virgultum
coram eo , & sicut radix de
terra sitienti.

Hymnus.

VIrgo Virginum præ-
clara ,

Mihi jam non sis amara,
Fac me tecum plangere.

Fac ut portem Christi
mortem,
Passionis ejus sortem,
Et plagas recolere.

* Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac ineibriari,
Ob amorem Filii.

Inflammatus, & accensus,
Per te Virgo sim defensus,
In die iudicii.

Fac me Cruce custodiri,
Morte Christi præmuniti,
Confoveri gratiâ.

Quandò corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. Ora pro nobis, Virgo
dolorosissima.

℟. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

Ad Benedictus

Antiph. Cùm vidisset Je-
sus Matrem stantem juxta
Crucem, & Discipulum
quem diligebat, dixit Matri
suæ: Mulier, ecce Filius
tuus; deindè dixit Discipu-
lo: Ecce Mater tua.

Oratio.

DEUS, in cujus passione
secundum Simeonis

prophetiam, dulcissimam
animam gloriosæ Virginis
& Matris Mariæ doloris gla-
dius pertransivit: concede
propitius, ut qui transfixio-
nem ejus & passionem vene-
rando recolimus, gloriosis
meritis & precibus omnium
Sanctorum Crucis fideliter
stantium intercedentibus,
passionis tuæ effectum felici-
cem consequamur. Qui vi-
vis & regnas.

Et fit commemor. fer.

*Ad Completorium & per
Horas, in fine Hymnorum
dicitur, Gloria tibi Domi-
ne, Qui natus es de Virgi-
ne, &c.*

AD PRIMAM.

Antiph. Vadam ad mon-
tem.

℟. br. Christe Fili Dei
vivi, * Miserere nobis.
Christe.

℣. Qui passus es pro ho-
mione. Miserere nobis. Glo-
ria Patri. Christe Fili Dei
vivi, miserere nobis.

℣. Exurge Christe ad-
juva nos.

℟. Et libera nos propter
nomen tuum.

AD TERTIAM.

AD TERTIAM.

Ant. Dilectus meus.

Capit. Quis credidit, ut
suprà.

R. br. Posuit me : * De-
solatam. Posuit.

¶. Totâ die mœrore con-
fectam. Desolatam.

Gloria Patri. Posuit.

¶. Facies mea intumuit à
fletu.

R. Et palpebræ meæ cali-
gaverunt.

AD SEXTAM.

Antiph. Quò abiit.

Capitulum. Isaïæ 5, 2.

I Pse vulneratus est propter
iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra.
Disciplina pacis nostræ su-
per eum, & livore ejus sana-
ti sumus.

R. br. Facies mea, * In-
tumuit à fletu. Facies mea.

¶. Et palpebræ meæ ca-
ligaverunt. Intumuit. Gloria
Patri. Facies mea.

¶. Deus, vitam meam an-
nuntiavi tibi.

R. Posuisti lacrymas meas
in conspectu tuo.

AD NONAM.

Antiph. Fulcite me flori-

bis.

Capitulum. Isaïæ 53.

G enerationem ejus quis
enarrabit? quia abscis-
sus est de terra viventium,
propter scelus populi mei
percussi eum.

R. br. Deus, vitam meam: *
Annuntiavi tibi. Deus, vitam
meam.

¶. Posuisti lacrymas meas
in conspectu tuo. Annunta-
vi. Gloria Patri. Deus, vitam
meam.

¶. Ora pro nobis, Virgo
dolorosissima.


R. Ut digni efficiamur pro-
missionibus Christi.

In secundis Vesperis, om-
nia ut in primis.

Ad Magnificat.

Antiph. Cum vidisset Je-
sus Matrem stantem juxta
crucem, & Discipulum quem
diligebat, dixit Matri suæ :
Mulier, ecce Filius tuus.
Deinde dixit Discipulo : Ec-
ce Mater tua.

Et fit commemoratione feriae



DIE IV. APRILIS.

*IN FESTO SANCTI ISIDORI, EPISCOPI
& Confessoris,
Duplex.*

*Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea que hic
ponuntur propria.*

*Ad Magnif. in utrisque
Vesp.*

Antiph. O Doctor, &c.

ORATIO.

Deu s, qui populo tuo aeternæ salutis Beatum Isidorum Ministrum tribuisti: præsta, quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis.
Per Dominum.

In I. Nocturno.

Lectiones. Sapientiam omnium antiquorum, de Communi Doctor.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Isidorus natione Hispanus, Doctor egregius, ex nova Carthagine, Severiano Patre Provinciæ Ducae natus, à Sanctis Episcopis Leandro Hispalensi, & Ful-

gentio Carthaginensi fratribus suis piè, & liberaliter educatus, Latinis, Græcis & Hebraicis litteris, divinisque & humanis legibus instruitus, omni scientiarum atque Christianarum virtutum genere præstantissimus evasit. Adhuc adolescens hæresim Arianam, quæ gentem Gothorum Hispaniæ latissimè dominantem jam pridem invaserat, tantà constantià palam oppugnavit, ut parum abfuerit, quin ab hæreticis necaretur. Leandro vita functo ad Hispalensem Cathedram invitus quidem, sed urgente imprimis Recaredo Rege, magnoque etiam Cleri Populique consensu assumitur, ejusque electiōnem S. Gregorius Magnus, nequum authoritate Apostoli-

cā confirmasse , sed & ele-
ctum transmisso de more
pallio decorasse , quin etiam
suum , & Apostolicæ Sedis
in universa Hispania Vica-
riūm constituisse perhibetur.

R. Inveni David servum
meum ; oleo sancto meo
unxi eum : * Manus enim
mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimi-
cus in eo , & filius iniquita-
tis non nocebit ei. * Manus
enim.

Lectione V.

IN Episcopatu quantum
fuerit constans , humilis ,
patiens , misericors , in Chri-
stiana & Ecclesiastica disci-
plina instauranda sollicitus ,
eaque verbo , & scriptis sta-
bilienda indefessus , atque
omni demum virtutum or-
namento insignitus , nul-
lius lingua enarrare sufficeret.
Monastici quoque instituti
per Hispaniam promotor ,
& amplificator eximus plura
construxit Monasteria , Col-
legia itidem ædificavit , ubi
studiis sacris , & lectionibus
vacans , plurimos discipu-

los , qui ad eum conflu-
bant , erudivit , quos inter
Sancti Ildephonsus Toleta-
nus , & Braulio Cæsaraugu-
stanus Episcopi , emicue-
runt. Coacto Hispali Conci-
lio , Acephalorum hæresim
Hispaniæ jam minitantem ,
aci & eloquenti disputa-
tione fregit atque contrivit.
Tantam apud omnes sancti-
tatis , & doctrinæ famam
adeptus est , ut clapsō vix
ab ejus obitu sexto - deci-
mo anno , universâ Tole-
tanâ Synodo duorum suprà
quinquaginta Episcoporum
plaudente ; ipsoque etiam
S. Ildephonso Suffragante ,
Doctor egregius , Catholi-
cæ Ecclesiæ novissimum de-
cūs , in sæculorum fine do-
ctissimus , & cum reverentia
nominandus appellari me-
ruerit ; eumque S. Braulio
non modò Gregorio Magno
comparaverit , sed & erudi-
diendæ Hispaniæ loco Jaco-
bi Apostoli cœlitùs datum
esse censuerit.

R. Posui adjutorium su-
per potentem , & exaltavi
electum de plebe mea : *

Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶. Inveni David servum meum ; oleo sancto meo unxi eum : * Manus enim.

Lectio VI.

Scripsit Isidorus Libros Etymologiarum , & de Ecclesiasticis Officiis , aliosque quam plurimos Christianæ & Ecclesiasticæ disciplinæ adeò utiles , ut S. Leo Papa IV. ad Episcopos Britannicæ scribere non dubitaverit , sicut Hieronymi , & Augustini , ita Isidori dicta retinenda esse , ubi contigerit inusitatum negotium , quod per Canones minimè definiri possit. Plures etiam ex ejusdem scriptis sententiæ inter Canonicas Ecclesiæ leges relatae conspicuntur. Praefuit Concilio Toletano IV. omnium Hispanicæ celebrissimo. Denique cum ab Hispania Arianam hæresim eliminasset , morte suâ , & Regni vastatione à Sarraceno- rum armis publicè prænuntiatâ , postquam quadraginta circiter annos suam rexisset Ecclesiam , Hispali mi-

gravit in Cœlum anno sexcentesimo trigesimo - sexto. Ejus corpus inter Leandrum Fratrem , & Florentianam Sororem , ut ipse mandaverat , primò conditum , Ferdinandus I. Castellæ , & Legionis Rex ab Encio Saraceno Hispali dominante , magno pretio redemptum Legionem transtulit , & in ejus honorem Templum ædificatum est , ubi miraculis clarus , magnâ populi devotione colitur.

¶. Iste est , qui ante Deum magnas virtutes operatus est , & omnis terra doctrinâ ejus repleta est : * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶. Iste est qui contempsit vitam mundi , & pervenit ad cœlestia regna. * Ipse intercessat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In III. Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Cap. 5. Lectio VII.

In illo tempore , dixit Jesus Discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal

evanuerit , in quo salietur ? Ad nihilum valet ultrà , nisi ut mittatur foras , & conculetur ab hominibus. Et reliqua.

**Homilia Sancti Isidori
Episcopi.**

Ex Lib. 2. Officiorum ad

S. Fulgentium. Cap. 5.

Qui in erudiendis atque instituendis ad virtutem populis præterit , necesse est , ut in omnibus sanctus sit , & in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit , ipse à peccato debet esse alienus. Nam quâ fronte subjectos arguere poterit , cùm illi statim possit correctus ingerere : Antè doce te quæ recta sunt ? Primitus quippè semetipsum corrigete debet , qui alias ad benè vivendum admovere studet , ita ut in omnibus semetipsum formam vivendi præbeat , cunctosque ad bonum opus , & doctrinâ etiam & opere provocet. Cui etiam scripturarum scientia necessaria est. **Quia** si Episcopi tantum sancta sit vita , sibi soli prodest , sic vivens.

Porrò , si & doctrinâ , & sermone fuerit eruditus , potest cæteros quoque instruere , & docere suos , & adversarios percutere , qui nisi refutati fuerint , atque convicti , facilè possunt simplicium cor da pervertere.

R. Amavit eum Dominus , & ornavit eum : stolam gloriæ induit eum : * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus loricam fidei , & ornavit eum. * Et ad portas.

Lectio VIII.

Hujus sermo debet esse purus , simplex , aperitus , plenus gravitatis & honestatis , plenus suavitatis & gratiæ , tractans de Mysterio legis , de doctrina fidei , de virtute continentiaz , de disciplina justitiaz : unumquemque admonens diversâ exhortatione , juxta professionem morumque qualitatem , scilicet ut prænoscat quid , cui , quandò , vel quomodo proferat. Cujus præ cæteris speciale officium est , scripturas legere , percurrende Canones ,

exempla Sanctorum imitari, vigilis, jejuniis, orationibus incumbere, cum fratribus pacem habere, nec quemquam de membris suis discerpere, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quique ita humilitate pariter, & authoritate præfesse debet, ut neque per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat, neque per immoderantiam severitatis potestatem exerceat, sed tanto cautiùs erga commissos sibi, quanto durius à Christo indagari formidat.

R. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus: * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.

V. Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. * Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

Lectio IX.

Tenebit quoque illam supreminentem donis

omnibus charitatem sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim castitatis charitas, locus autem hujus custodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia castitatis eminentiam: ita ut mens Christo dedita, ab omni inquinamento carnis sit munda, & libera. Inter hæc oportebit cum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri per vigilem in cunctis exhibere curam, providentiam habere distributione discreta. In quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate, & charitate suscipiant. Si enim omnes fideles illud Evangelium audire desiderant, hospes fui, & suscepisti me, quanto magis Episcopus, cuius divisorium cunctorum debet esse receptaculum?

Te Deum laudamus.

Temp. Pasch. Ant. V. O.
R. add. Alleluia.

DIE XII. JUNII.

*IN FESTO S. JOANNIS A. S. FACUNDO,
Confessoris,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi Confess. non Pont. præter ea quæ
sequuntur.*

ORATIO.

Deus, auctor pacis & amator charitatis, qui Beatum Joannem Confessorem tuum mirificâ dissidentes componendi gratiâ decorasti, ejus meritis & intercessione concede, ut in tua charitate firmati nullis à te temptationibus separemur. Per Dominum, &c.

Deinde fit Commem. SS. Basili. & Socior. Martyr.

In I. Nocturno, Lect. de scriptura occurrit.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Joannem Sahaguni in Hispania nobili genere natum, parentes cum diu prole caruissent, piis operibus, & orationibus à Deo impetrarunt. Ab ineunte æta-

te egregium futuræ sanctitatis specimen dedit; nam è loco superiori ad cæteros pueros crebrè verba faciebat, quibus eos ad virtutem, & Dei cultum hortabatur, eorumque dissidia componebat. In patria Monachis Sancti Facundi Ordinis Sancti Benedicti primis litterarum rudimentis imbuendus traditur. Dum iis operam daret, curavit pater, ut Parochius Ecclesiam administraret, quod munus juvenis nullis rationibus adduci potuit, ut retineret. Inter familiares Episcopi Burgensis adscriptus, ob spectatam ipsius probitatem intimus ei fuit, ab eoque Presbyter, & Canonicus factus, multis beneficiis, auctus est. Sed

relictâ aulâ Episcopi , ut tūm habebat vēstes , meliorēm dedisset , ad Cœnobium Sancti Augustini severiori disciplinâ tum maximē florens , se contulit ; in quo admissus , obedientiā , animi demissione , vigiliis , ac oratione proiectiores antecibat . Triclinii cura cūm ipsi demandata esset , vini dolio- lum ipsum attingente omnibus Monachis per annum abundē suscepit . Exacto tyrocinii anno , Præfecti iuslū munus concionandi suscep- pit . Salmanticæ id temporis adeò cruentis factionibus divina humanaque omnia permixta erant , ut singulis pro- pedium horis cædes fierent , & omnium ordinum ac præsertim nobilium san- guine non viæ solū & fora , sed templa etiam re- dundarent .

R. Honestum fecit illum Dominus , & custodivit eum ab inimicis , & à seductoribus tutavit illum : * Et dedit illi claritatem æternam .

X. Justum deduxit Dominus per vias reclas , & ostendit illi regnum Dei . * Et dedit .

Lectio V.

Posteā studiorum causā Salmanticam profectus in celebre Collegium Divi Bartholomai cooptatus , Sacerdotis munus ita exercuit , ut simul optatis studiis in- cumberet , & in sacris etiam concionibus assiduè versare- tur . Cūm verò in gravissimum morbum incidisset arctioris disciplinæ voto se obstrin- xit , quod ut redderet , cūm prius cuidam pauperi penè nudo ex duabus , quas tan-

R. Amavit eum Dominus , & ornavit eum , stolam glo- riæ induit eum : * Et ad portas paradisi coronavit eum .

X. Induit eum Dominus loricam fidei , & ornavit eum . * Et ad portas .

Lectio VI.

Le^ctio VI.

AT Joannes tum cionibus, tum privatis colloquiis civium animos demulcens, ad tranquillitatem urbem reduxit. Virum Principem graviter offendit, quod illius in subditos s^ervitiam increpasset. Qua de causa equites duos immisit, qui eum in itinere confoderent: jamque ad ipsum propinquaverant, cum stupore divinitus immisso, simul cum equis immobiles steterunt, donec ad pedes Sancti viri provoluti sceleris veniam precarentur. Ipse quoque Princeps repantino terrore percussus jam de salute desperaverat, cum revocato Joanne, facti poenitens in columitati redditus est. Factiosi etiam homines, cum eum fustibus peterent, brachiis diriguere, nec ante redditae vires, quam delicti veniam precarentur. Christum Dominum, dum Sacrum faceret, praesentem contueri, atque ex ipso Divinitatis fonte coelestia mysteria hau-

rire solitus. Abdita cordis inspicere, ac futura raro evenitu præfigire frequens illi fuit. Fratrisque filiam septenam mortuam excitavit. Denique mortis die prænuntiato, & Ecclesiæ Sacramentis devotissimè susceptis, extremum diem clausit: Multis ante & post obitum miraculis gloriosus. Quibus ritè probatis Alexander octavus Sanctorum numero eum adscripsit.

R.
Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingredere in requiem meam:
* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

X.
Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. * Quia. Gloria Patri. Quia.

In III. Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangel. Sint lumbi vestri præcincti, ut in Communi Confess. non Pontif. non Le^ctio SS. Martyr. Basiliidis, & Socior.

Missa Os justi, de Comm.



DIE XVI. JUNII.

*IN FESTO S. JOANNIS - FRANCISCI REGIS,
Societatis Iesu, Conf. non Pont.*

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. non Pontif. prater ea quæ
sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui ad plurimos pro salute animarum perferendos labores Beatum Joannem-Franciscum Confessorem tuum mirabili charitate & invictâ patientiâ decorasti: concede propitiis, ut ejus exemplis instructi, & intercessionibus adjuti æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum nostrum Jesum-Christum, &c.

In II. Nocturno.

LECTIO IV.

Johannes-Franciscus Regis nobili genere natus in Oppidulo Narbonensis Galliæ, cui nomen Fonscooperatus, eximia sanctitatis à teneris annis indicia præbuit. In eo jam tum eluxere mira morum innocentia, flagrans

orationis studium, pudor, & modestia singularis. Societatem Jesu ingressus Tolosæ anno ætatis decimo-nono, humilitate, obedientiâ, charitate, odio sui, cæterisque vitæ religiosæ virtutibus excelluit. Absolutis studiis, totum se procurandæ animarum saluti penitus devovit. Asperos Vivarium, Velaunorum, & Forestum Montes, & ingentes Helviorum tractus, glacie, rivibusque ferè perpetuis horridos, eorumque Colonos inscitiâ, rusticitate, barbarie intractabiles suscepit excolendos, eo successu, ut innumerabiles Homines, aut Calvinianâ lue infectos, aut perditis moribus corruptos, ad Catholicam Fidem, &

ad Christianam pietatem traduxerit.

R. Honestum fecit illum Dominus & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Et dedit.

Lectio V.

CAmpestribus Missionibus hyberno tempore perfunditus, æstivo revertebatur Anicium, ibique in Nosocomiis, & in Carceribus, in privatis Ædibus, in Compitis ac Templis omnem Hominum genus, omnibus omnia factus, sublevabat. Pauperum greges, corrogatis undique subsidiis, præsertim cum saeviret fames, multiplicato etiam non semel per Miraculum frumento, sustentabat: Unde illi Patris Pauperum cognomen inditum fuit. In flagitiosis Hominibus, & perditis præsertim Mulierculis è vitiorum cœno educendis, vix credibile est quot probra, ludibriaque

pertulerit, erecto semper & alaci vultu imperterritus, licet gladiis jugulo saepè admotis, alapis ori impactis, & fustibus Corpori. Graftante peste, infirmos eo morbo laborantes sedulò inviens, ardenti reficiebat charitate. Erga alias blandus, ac beneficus, in se ipse saeviebat acerrimè, asperis ciliciis, ferreis catenis, cruentis flagellationibus, somnum breviter in nuda tabula; aut humi carpens, semper abstemius, vilissimoque semper victans cibo, & adeò tenui ut arcendæ morti potius quam sustentandæ vitae sufficeret.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum; stolam gloriae induit eum: * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. * Et ad.

Lectio VI.

Divino amore sic erat incensus, ut illum unum spitare, loqui, cogitare videretur. Plures noctis Iij

horas orationi dabat , cœlestibus affluens deliciis , & extra se sœpè raptus . Rem divinam eâ animi attentione , eo vultûs ardore faciebat , ut sacrum , quo effervescebat ignem , etiam in adstantes diffunderet . Miraculis , aliisque donis supernaturalibus mirè claruit . Tandem vocatus ad præmia laborum , in Viennensis Dicēcesis Pago , cui nomen est

Lalovescus , correptus lethali morbo ex laboribus contracto , cum sœviret hyems frigidissima , cœlestibus recreatus illustrationibus , ad æterna gaudia invitatus , Spiritum Creatori reddidit anno millesimo sexcentesimo quadragesimo , die trigesimâ-primâ Decembris , vitæ suæ quadragesimo - quarto . Ejus Sepulchrum incredibili

Populorum per aspermos Montes undique confluentium concursu , ob sanctita-

tis & miraculorum famam , quæ maximè percrebescebat , summâ devotione est frequentatum . Quibus omnibus permotus Clemens undecimus Pontifex Maximus , Joannem-Franciscum Beatorum Fastis solemnî ritu adscripsit vigesimâ - quartâ Maii millesimi septingentesimi decimi - sexti , eâ die ejusdem celebrandæ Festivitati assignatâ .

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus , & dixit ad eum : In gredere in requiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus .

V. Iste est qui contempsit vitam mundi , & pervenit ad cœlestia regna . * Quia te vidi . Gloria Patri . Quia te vidi .

In III. Noct. Homil. in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti.

DIE XIX JUNII.

IN FESTO S A N C T Æ J U L I A N Æ
de Falconerius, Virginis,

Semiduplex.

Omnia de Comm. Virg. exceptis iis quæ hic propria
ponuntur.

O R A T I O .

Deus, qui Beatam Julianam Virginem tuam
extremo morbo laborantem
pretioso Filii tui Corpore
mirabiliter recreare dignatus
es, concede, quæsumus, ut
eius intercedentibus meritis,
nos quoque eodem in mortis
agone refecti ac roborati,
ad cœlestem patriam perdu-
camur. Per eundem Domi-
num, &c.

In I. Nocturno Lect. de
scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Juliana ex nobili Falcone-
ria Familia Clarissimo
Patre, qui templum Deipa-
ræ ab Angelo salutatæ ære
suo magnificè à fundamentis
Florentia, ut nunc visitur,

erexit, Mâtre Reguardata
ambobus jam senescientibus,
ac ad id tempus sterilibus,
nata est anno millesimo du-
centesimo septuagesimo. Ab
incunabulis non exiguum fu-
turæ sanctitatis specimen de-
dit; vagientibus quippè la-
bris, suavissima Jesu, & Ma-
riæ nomina ultrò proferre au-
dita est. Pueritiam postmo-
dùm ingressa totam se chri-
stianis virtutibus mancipavit,
in quibus adeò excelluit, ut
Beatus Alexius pateretur, cu-
jus institutis ac exemplis in-
struebatur, Matri dicere non
dubitaverit, ipsam non fœ-
minam peperisse, sed Ange-
lum; nam ità modesto vul-
tu, animoque ab omni vel
levissima erroris macula pu-
ra fuit, ut oculos nunquam

in toto vitæ cursu ad hominis faciem intuendam erexerit, auditioque peccati vocabulo contremuerit, imò sceleris narratione perculta, illicò propè exanimis corruerit. Expleto nondum decimo-quinto ætatis suæ anno, re familiari, licet opulenta, terrenisque posthabitibus nuptiis, Deo virginitatem in manibus Divi Philippi Benitii solemniter vovit, ab eoque omnium prima religiosum Mantellatarum habitum, ut dicunt, sumpsit.

R^g. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

¶. Specie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prospere procede, & regna. * Et deducet.

Le^ctio V.

Julianæ exemplum seculæ sunt plurimæ ex nobilioribus Familiis fœminæ, ac Mater ipsa filiæ sese religiosè instituendam dedit, ita ut, aucto paulatim numero, Ordinem Mantellatarum instituerit, ac illi piè

vivendi leges summâ prudentiâ, ac sanctitate tradiderit. Ejus virtutes cùm optimè perspectas Divus Benitus haberet, morti proximus nulli melius, quam Julianæ, non fœminas tantum, sed & totum Servorum Ordinem, cuius propagator, & moderator extiterat, commendatum voluit. Verum ipsa demissè semper de se cogitabat, & cum cæterarum eslet magistra, in re quaque domestica, licet vili, Sororibus famulabatur. Affiditate orandi integras insumebat dies, in extasim sæpius rapta, & si reliquum, in scandis Civium dissidiis, criminosis à via iniquitatis retrahendis ac inferryendis impendebat ægrotis, quorum quandoque saniem ex ulceribus manantem, admoto ore, lambens, eos sanitati restituiebat. Corpus suum flagris, nodosis funiculis, ferreis cingulis, vigiliis, humi nudè cubando, terrere solita fuit. Parcissimè cibo & hoc vili, quatuor hebdomadæ diebus, & reliquis duobus solo

Angelorum pane contenta ,
excepto die sabbati , quo
pane solo & aquâ nutrie-
batur.

R. Dilexisti justitiam , &
odisti iniquitatem : * Prop-
tereà unxit te Deus , Deus
tuus oleo lætitiae .

V. Propter veritatem , &
mansuetudinem , & justitiam .
* Proptereà .

Lectio VI.

D Urâ hujusmodi viven-
di ratione in stomachi
morbum incidit , quo ingra-
vescente , cùm septuagesi-
num ætatis annum ageret ,
ad extremum vitæ spatum
redacta est . Diuturnæ valetu-
dinis incommoda hilari vul-
tu , constantique animo per-
tulit : de uno tantum con-
queri audita est , quòd cùm
cibum capere ac retinere
nullo modo posset , ab Eu-
charistica mensa , ob Sacra-
menti reverentiam , arceretur .
Verùm his in angustiis con-
stituta , Sacerdotem rogavit ,
ut allatum divinum Panem ,
quem ore sumere nequibat ,
pectori faltem exterius ad-
moveret . Precibus illius mo-

rem gessit Sacerdos ; & mi-
rum ! Eodem temporis mo-
mento divinus Panis dispa-
ruit , & Julianæ sereno ac ri-
denti vultu expiravit . Res
suprà fidem tamdiù fuit ,
donec virgineum de more
curaretur corpus ; inventa
enim est circà sinistrum pe-
ctoris latus carni veluti sigil-
lo impressa forma Hostiæ ,
quæ Christi crucifixi effigiem
repræsentabat . Hujus prodi-
gii fama , cæterorumque mi-
raculorum , non Florentiæ
tantum , sed totius Christia-
ni Orbis venerationem illi
conciliavit , ac per quatuor
propè integra sæcula adeò
aucta est , ut tandem Bene-
dictus Papa decimus-tertius
in ejus celebritate Officium
proprium recitari ab univer-
so Ordine Beatæ Mariæ Vir-
ginis Servorum jusserit . Cle-
mens verò duodecimus mu-
nificentissimus ejusdem Or-
dinis Protector novis in dies
miraculis coruscantem san-
ctorum Virginum Catalogo
adscripsit .

R. Afferentur Regi virgi-
nes post eam , proximæ

*eius : * Afferentur tibi in lætitia & exultatione.*

*¶ Specie tuâ & pulchritudine tuâ , intende , prospere procede , & regna. * Afferentur tibi. Gloria Patri. Afferentur.*

In III. Nocturno.

Homil. Sancti Gregorii Pa-

pæ in Evang. Simile erit regnum cœlorum decem Virgini- nibus. Missa de Comm. Virgi- num ; Dilexisti , &c.



DIE III. JULII.

*IN FESTO SANCTI RAYMUNDI,
Confessoris , Ecclesie Sancti Saturnini Canonici ,*

Duplex.

Omnia de Communi Conf. non Pontif. præter ea quæ sequuntur.

ORATIO.

Adesto , Domine , suplicationibus nostris , quas in Beati Raymundi Confessoris tui solemnitate deferimus ; ut qui nostræ iustitiae fiduciam non habemus , ejus qui tibi placuit precibus adjuvemur. Per Dominum , &c.

In I. Nocturno Lect. de scriptura occurrit.

In II. Nocturno. Lectio IV.

Raymundus Tolosas , in Monasterio Sancti Saturnini vitam regularem pro-

fessus est , illius Basilicam instaurasse fertur. Vitam sanctissimè peractam mors pretiosa coronavit. Memoria illius à pluribus sœculis culta religioso colitur , & ad ejus sepulcrum Concives in variis langoribus confugientes præsens subsidium experti sunt. Præsertim cum anno salutis millesimo sexcentesimo-secundo , pestilentiae flagello depopulatâ Civitate , ad Raymundi Patrocinium recurrentes Tolosani Proceres de elevandis & honorificentibus

centiis collocandis ejus Reliquiis votum publicè nuncuparunt. Quod benignè suscipiens misericors Deus iram suam avertit & pestilentiae finem imposuit. Ad cuius voti adimplectionem anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo-sexto, Reverendissimi Domini Archiepiscopi auctoritate, Sancti Raymundi sepulcrum apertum, & Reliquæ integræ repertæ sunt, quæ solemnni ritu & pompa in Ecclesiam Sancti Saturnini depositæ, ibi per octo dies maximis fidelium concursu & devotione honoratae sunt, & cum apparatu magnifico & solemnni pompa celebrata est sacrarum Reliquiarum elevationis solemnitas, quæ postmodum in thecis argenteis Tolosanorum Civium voto affixis conditæ, in pristinum Collegii, quod ab ipso pro pauperibus Clericis fundatum fuisset perhibetur, Sacellum reportatæ asservantur, & magnâ fideliu[m] devotione coluntur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum

ab inimicis, & à seductoriis tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. * Et dedit.

Ex Epistola Sancti Hieronymi, Presbyteri, ad Heliodorum.

Lectione V.

Vidimus electum à Moyse Presbyterum, quem ipse sciret esse Presbyterum. Igitur Clericatum non honorem intelligens, sed onus, primam curam habuit, ut humilitate superaret invidiam: deinde ut nullam obscenæ in se rumoris fabulam daret. Subvenire pauperibus, visitare languentes, provocare hospitio, lenire blanditiis, gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus. Cæcorum baculus, cœlentium cibus, spes miserorum, solamen lugentium fuit. Ita insingulis virtutibus eminebat, quasi cæteras non haberet. Inter Presbyteros & Coœquales primus in opere, extremus in ordine. Virgines &

Viduas Christi honorare ut matres , hortari ut sorores , cum omni castitate. Creber in orationibus , vigilans in precando. Sermo ejus de Scripturis aliquid propnere , libenter audire , respondere verecundè , recta suscipere , prava non acriter confutare. Lectione assiduâ & meditatione diuturnâ , pectus suum fecerat Bibliothecam Christi.

Rz. Amavit eum Dominus , & ornavit eum ; stolam gloriæ induit eum : * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

¶. Induit eum Dominus loricam fidei , & ornavit eum. * Et ad portas.

Lectio VI.

UNDE hic fervor , nisi ex amore Dei ? Unde Legis Christi indefessa meditatio , nisi ex desiderio ejus qui Legem dedit ? Alii nummum addant nummo , fint ditiores clerici , quam fuerant seculares , possideant opes sub Christo paupere , quas sub locuplete Diabolo non habuerant , & suspireret eos Ecclesia divites , quos


tenuit mundus ante mendicos : Sanctus noster , aurum calcans , sicut sui in carne contemptor est , & pauperitate incedit ornatior ; ita totum animæ investigat ornatum. Erat sollicitus si niteret altare , si parietes absque fuligine , si pavimenta terfa , si janitor creber in porta , vela semper in ostiis , si sacrarium mundum , si vasa lucentia ; & in omnes ceremonias pia sollicitudo disposita ; non minus , non majus negligebat officium ; ubicumque eum quereres , in Ecclesia invenires. Basilicas Ecclesiarum & Martyrum conciliabula diversis floribus , & arborum comis , vitiumque pampinis adumbrabat , ut quidquid placebat in Ecclesia , tam dispositione , quam visu , Presbyteri laborem & studium testaretur.

Rz. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus , & dixit ad eum : Ingredere in requiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

¶. Iste est qui contemp-

sit vitam mundi , & pervenit
ad cœlestia regna. * Quia
te vidi. Gloria Patri. Quia
te vidi.

In III. Noctur. Homil. in
Evang. Nolite timere pusil-
lus grec , de Communi Con-
fessoris non Pontificis.



DIE XVI. JULII.

IN FESTO B. M. V. DE MONTE CARMELO,

Duplex majus.

*Omnia ut in festo B. M. ad Nives , 5. Augusti , præter
illa quæ sequuntur.*

Ad Magnificat.

Antiph. In plenitudine
sancta admirabitur , & in
multitudine electorum ha-
bebit laudem , & inter bene-
dictos benedicetur , Eccl.

24.

ORATIO.

Deus , qui beatissimæ
semper Virginis & Ge-
nitricis tuæ Mariæ singulari
titulo Carmeli Ordinem de-
corasti : concede propitius ,
ut cuius hodie Commemo-
rationem solemní celebra-
mus Officio ; ejus muniti præ-
sidiis , ad gaudia sempiter-
na pervenire mereamur. Qui
yivis & regnas , &c.

*In I. Nocturno Lectiones
de Parabolis Salomonis , Ego
sapientia , ut ad Nives.*

In II. Nocturno.

Sermo Sancti Procli ,
Episcopi.

*In S. Deip. Orat. 5. hab. in
Conc. Ephes.*

Lectione IV.

QUAMVIS omnium San-
ctorum memoriæ mira-
biles sint , nihil tamen diei
hujus solemnii æquale ad
gloriam. Abel propter sacri-
ficium celebratur ; Abraham
propter fidem præclaris lau-
dibus cumulatur ; Moïses
tanquam Legislator prædi-
catur ; Elias ut zelotes te-
stimonium habet ; David ut

Kij

pater mysterii in carne perfecti commendatur : verum nihil tale est qualis est Dei Genitrix Maria ; ipsa enim quem illi in ænigmate vide-runt incarnatum in utero portavit. Cunctas res creatas , ô Homo , cogitatione percur-re , & vide an quidquam sit æquale vel majus Maria Deiparâ . Terram undique lustra , Cœlos mente scrutare , invisibiles omnes virtutes cogita , ac perspice num sit in universis creatis aliud ejusmodi miraculum.

R_e. Sicut cedrus exaltata sum in Libano , & sicut cy-prussus in monte Sion , quasi myrrha electa : * Dedi suavitatem odoris.

X. Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans.

* Dedi.

Sermo Sancti Cyrilli
Alexandrini.

*Hom. contra Nestorium ,
hab. Ephes. in Basilica ma-jori.*

Lectio V.

SAnctorum coetum qui à Sancta Deipara semper Virgine Maria invitati

prompto animo hue conflu-xerunt , lætum eréctumque conspicio. Quare licet multa premeret tristitia , attamen hic Sanctorum Patrum coetus lætitiam mihi præbuit. Salve à nobis Maria Deipara , ve-neralibilis totius orbis terra-ruin thesaurus , lampas inex-tinguibilis , Sceptrum rectæ Doctrinæ , Templum indissolu-bile , locus ejus qui loco capi non potest , Mater & Virgo ; per quam nominatur in Sanctis Evangeliiis ; be-neditus qui venit in Nomi-ne Domini.

R_e. Quæ est ista , quæ pro-cessit sicut sol , & formosa tanquam Jerusalem ? * Vide-runt eam filiae Sion , & beatam dixerunt , & Reginæ laudaverunt eam.

X. Et sicut dies verni cir-cumdabant eam flores rosa-rum & lilia convallium.* Vi-derunt. *Lectio VI.*

SAlve , quæ immensum incomprehensumque in Sancto Virginico utero com-prehendisti ; per quam Cœ-lum exultat , per quam An-geli & Archangeli lætantur ,

per quam dæmones fugantur , per quam prolapsus homo Cœlum recuperat , per quam omnis creatura Idolorum vesaniâ detectâ ad agnitionem veritatis pervenit , per quam sanctum Baptisma obtingit credentibus , per quam oleum exultationis ; per quam toto orbe terrarum fundatæ sunt Ecclesiæ , per quam gentes adducuntur ad pœnitentiam : & quid plura dicamus , per quam Unigenitus Dei Filius iis qui in tenebris & umbra mortis sedebant lux efusit.

R. Ornatam monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit : * Et videntes eam filiæ Sion , beatissimam prædicaverunt , dicentes : * Unguentum effusum nomen tuum.

V. Astitit Regina à dex-

tris tuis in vestitu deaurato , circumdata varietate.* Et videntes Gloria Patri . * Unguentum.

In III. Nocturno , Hom. Venerabilis Bedæ , Presbyteri , Magnæ devotionis : ut ad Nives.


Ad Laudes & per Horas , omnia ut in Festo B. Mariae ad Nives.

Ad Benedictus , Antiphona. Invoca Dominum & loquere regi pro nobis , & libera nos. Esth. 15.

In 2. Vesperis , Antiphona , Psalmi , Capitulum , Hymnus , & v. ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat.

Antiph. Benedixerunt eam omnes unâ voce dicentes : Tu gloria Jerusalem , tu lætitia Israël , tu honorificentia populi nostri. Judith. 15.



DIE XIX. JULII.

IN FESTO S. VINCENTII A PAULO,
Confessoris,

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

ORATIO.

Deus, qui ad evangeli-
zandum pauperibus, &
Ecclesiastici Ordinis deco-
rem promovendum, Beatum
Vincentium Apostolicâ vir-
tute roboraſti: præſta, quæ-
ſumus, ut cuius pia merita
veneramur, virtutum quo-
que instruamur exemplis. Per
Dominum nostrum, &c.

*In I. Nocturno Lect. de
scriptura occurrente.*

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Vincentius à Paulo, na-
tione Gallus, Podii
non procul ab Aquis Tar-
bellis in Aquitania natus,
jam tunc à puero eximiam
in pauperes charitatem præ se-
tulit. A custodia paterni gre-
gis ad litteras evocatus hu-

manas Aquis, Divinas tunc
Tolosæ, tunc Cæſaraugustæ
didicit. Sacerdotio initia-
tus, ac Theologiæ laurea in-
signitus, in Turcas incidit,
qui captivum in Africam ad-
duxerunt; sed in captivitate
positus, herum ipsum Chri-
ſto rursus luerfecit. Cum
eo igitur ex barbaris oris,
opitulante Deiparâ, fese
principiens, ad Apostolica
limina iter instituit: unde
in Galliam reversus, Clip-
piaci primùm, mox Castel-
lioni Parœcias sanctissimè
rexit. Renuntiatus à Rege
primarius Sacrorum Minister
in Galliæ triremibus, mirum
quo zelo & ducum, & re-
migum saluti operam posue-
rit. Monialibus Visitationis à
Sancto Francifco Salesio præ-

positus , tantâ prudentiâ per annos circiter quadraginta eam curam sustinuit , ut maximè comprobaverit iudicium Sanctissimi Præfulis , qui Sacerdotem Vincentio digniorem nullum se nosse fatebatur .

R. Honestum fecit illum Dominus , & custodivit eum ab inimicis , & à seductoribus tutavit illum : * Et dedidit illi claritatem æternam .

X. Justum deduxit Dominus per vias rectas , & ostendit illi regnum Dei . * Et .

Lettio V.

E Vangelizandis pauperibus , præsertim ruricolis , ad decrepitam usque ætatem indefessus incubuit ; eique Apostolico operi , tuus se , tum Alumnos Congregationis , quam sub nomine Presbyterorum secularium Missionis instituit , perpetuo voto à Sancta Sede confirmato , speciatim obstrinxit . Quantum autem augendæ Cleri disciplinæ allaboraverit , testantur erecta majorum Clericorum seminaria : Collationum de divinis inter

Sacerdotes frequentia : & sacræ Ordinationi præmittenda exercitia ; ad quæ , sicut & adpios laicorum secessus , Instituti sui domicilia libenter patere voluit . Insuper ad amplificandam fidem & pietatem evangelicos misit operarios , non in solas Galliæ Provincias , sed & in Italiā , Poloniā , Scotiā , Hyberniā , atque ad Barbaros & Indos . Ipse verò , vitâ functo Ludovico decimo-tertio , cui morienti hortator adstitit , à Regina Anna Austria Matre Ludovici decimi - quarti in sanctius Consilium accitus studiosissimè egit , ut nonnisi digniores Ecclesiis ac Monasteriis præficerentur : civiles discordiæ , singularia certamina , serpentes errores , quos simul sensit & exhorruit amputarentur ; debitaque iudiciis Apostolicis obedientia præstaretur ab omnibus .

R. Amavit eum Dominus & ornayit eum , stolam gloriæ induit eum , * Et ad portas paradisi coronavit eum . **X.** Induit eum Dominus

loricam fidei , & ornavit eum.* Et.

Lection VI.

NUllum fuit calamitatis genus , cui paternè non occurserit. Fideles sub Turcarum jugo gementes ; infantes expositos ; juvenes dyscolos ; virgines periclitantes ; Moniales dispersas ; mulieres lapsas ; ad triremes damnatos ; peregrinos infirmos ; artifices invalidos , ipsosque mente captos ac innumeros mendicos subsidiis , & hospitiis , etiamnū superstibus excepit , ac piè fovit. Lotharingiam , Campaniam , Picardiam , aliasque regiones peste , fame belloque vastatas prolixè refecit. Plurima ad perquirendos & sublevandos miserios sodalitia fundavit ; inter quæ celebris Matronarum cœtus , & latè diffusa sub nomine Charitatis Puellarum societas. Puellas quoque , tūm de Crucē , tūm de Providentia ac Sanctæ Genovefæ ad sequioris sexūs educationem erigendas curavit. Hæc inter , & alia gravissima negotia Deo

jugiter intentus , cunctis astabilis , ac sibi semper constans , simplex , rectus , humilis , ab honoribus , divitiis , ac deliciis semper abhorruit , auditus dicere : rem nullam sibi placere , præterquam in Christo Jesu , quem in omnibus studebat imitari. Corporis demum afflictione , laboribus senioque attritus , die vigesimā-septimā Septembris , anno salutis supera millesimum sexcentesimo sexagesimo , ætatis suæ octogesimo-quinto , Parisiis in Domo Sancti Lazari , quæ caput est Congregatio- nis Missionis , placidè obdormivit : quem virtutibus , meritis ac miraculis claram , Clemens duodecimus inter Sanctos retulit , ipsius celebritati die decimā-nonā mensis Julii quotannis assignatā.

R. Iste homo perfecit omnia , quæ locutus est ei Deus , & dixit ad eum : Ingredere in requiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

Y. Iste est qui contempsit vitam

vitam mundi , & pervenit ad cœlestia regna. * Quia. Gloria Patri. Quia.


In III. Nocturno , Homilia Sancti Gregorii Papæ , in Evangel. Designavit Dominus , ut in Communi-

ni Evangelistarum.

B. VII. Iste est qui ante Deum , &c.

B. VIII. Sunt lumbi vestri , &c.

Missa. Justus ut palma florebit.



DIE XXVII. AUGUSTI.

IN FESTO SANTÆ ROSÆ
à Sancta Maria Virginis Limanae,

Semiduplex.

Omnia de Comm. Virginum , præter Orationem & Lectio-
nes 2. Nocturni.

ORATIO.

BOnorum omnium lar-
gitor, omnipotens Deus,
qui Beatam Rosam , cœlestis
gratiæ rore præventam , vir-
ginitatis & patientiæ decore
Indis florescere voluisti : da
nobis famulis tuis , ut in
odorem suavitatis ejus cur-
rentes , Christi bonus odor
effici mercamur. Per eum-
dem Dominum nostrum Je-
sum-Christum Filium tuum ,
Qui tecum , &c.

Lectio I. Nocturni de
scriptura occurrente.

In II. Nocturno

Lectio IV.

PRIMUS Americæ Meri-
dionalis flos sanctitatis
Virgo Rosa , Christianis pa-
rentibus Limæ progenita ,
mox ab incunabulis claruit
futuræ sanctimoniarum indicis ;
nam vultus infantis mirabili-
ter in Rosæ effigiem transfi-
guratus , huius nomini occa-
sionem dedit : cui postea
Virgo Deipara cognomen
adjecit , jubens vocari dein-
ceps Rosam à Sancta Maria.
Quinquennis votum perpe-

tuæ virginitatis emisit. Adultior, ne à parentibus ad nuptias cogeretur, clam sibimet venustissimam capit is cæsariem præscidit. Jejuniis super humanum modum addicta, integras Quadragesimas transegit pane abstinenſ, ac dietim solis quinque granulis mali citrini vicitans.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

V. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ: intende, prospere procede, & regna. * Et deducet te.

Lectio V.

H Abitu Tertiī Ordinis Sancti Dominici assumpto, pristinas vitæ austeriorates duplicavit: oblongo asperri moque cilicio sparsim minusculas acus innexuit: sub velo coronam densis aculeis introrsùs obarmataam interdiu noctuque gestavit. Sanctæ Catharinæ Senensis ardua premens vestigia, catenâ ferreâ triplici nexu circumductâ lumbos cinxit. Letalum sibi è truncis nodosis

composuit, horumque vacuas commissuras fragminibus testarum implevit. Cellulam sibi angustissimam struxit in extremo horti angulo, tibi cœlestium contemplationi dedita, crebris disciplinis, inediâ, vigiliis corporis extenuans, at spiritu vegetata, larvas dæmonum, frequenti certamine vicitrix, impavidè protrivit ac superavit.


R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. * Propterea unxit.

Lectio VI.

A Gritudinum tormentis, domesticorum insultibus, linguarum mortibus dirè agitata, nondum satis pro merito se affligi querebatur. Per quindecim annos ad plusculas horas desolatione spiritus & ariditate miserrime contabescens, forti animo tulit agones omni morte amiores. Exinde cœpit supernis abundare deli-

ciis, illustrari visionibus, go ritu solemnii adscriptis.
collique scere Seraphicis ar- ix. Afferentur Regi Vir-
doribus. Angelo tutelari, gines post eam, proximae
Sanctæ Catharinae Senensi, ejus: * Afferentur tibi in læ-
Virginis Deiparæ inter assi- titia & exultatione.
duas apparitiones mirè fa- viii. Specie tuâ & pulchri-
miliaris, à Christo has voces tudine tuâ, intende, prospé-
audire meruit: Rosa cordis rè procede, & regna. * Affe-
mei tu mihi sponsa esto. De- rentur. Gloria Patri. Affe-
nique sponsi hujus Paradiso rentur.
feliciter invectam, plurimi- In III. Nocturno, Homil.
que ante & post obitum mi- S. Gregorii Papæ, in Evangel.
raculis coruscant, Clemens Simile erit regnum cœlorum
decimus Pontifex Maximus decem virginibus, de Comm.
sanctorum Virginum catalo- Virg.



DIE XXIV. OCTOBRIS.

IN FESTO SANCTI EREMBERTI,
Episcopi Tolosani & Confessoris,

Duplex.

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter ea quæ se-
quuntur.*

ORATIO.

Deus, qui ad Gre-
gem Tolosanum pascen-
dum verbo & exemplo Bea-
tum Erembertum Confesso-
rem tuum ad Pontificiam
dignitatem sublimasti: con-
cede, ut ejus suffragantibus

meritis, ac dirigenibus mo-
nitis adjuti cœlesti pabulo
perenniter nutriamur. Per
Dominum nostrum Jesum-
Christum Filium tuum, Qui
tecum vivit & regnat, &c.

In I. Nocturno Lett.

scriptura occurrit.

In II. nocturno.

Lectio IV.

Ex Annal. Benedict. Lib.

14. Autore Dom. Joan. Mabillon.

E Rembertus Vandregisili Discipulus, ex Monacho Fontanellensi creatus est Episcopus Tolosanus. Natus in vico Pagi Pinciacensis, dicto Vilholicorte propè Sequanam, spretis saeculi rebus Monasticum habitum induit Fontanellæ, ibidemque sub Vandregisili disciplina tantum in rebus spiritualibus progressum fecit, ut Tolosani Cleri ac. Populi electio-
ne, Regisque Clotharii ac Bathildis Reginæ matris af- sensu Tolosæ ordinatus sit Antistes.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo uni- xi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimi-
cus in eo, & filius iniquita-
tis non nocebit ei. * Manus
enim.

Lectio V.

C Onsecuratus ergo in Pontificem, indefinen-

ter sanctæ Religioni, castæ que conversationi, ac imitan-
tandæ humilitati, continen-
tiæ quoque laudandæ, lec-
tioni sacræ, atque prædicati-
onи cum operibus concor-
danti summoperè curam im-
pendit. Lucis instar supra
montem positæ præluxit Gre-
gi sibi commisso: ea exte-
runt vitæ ejus merita ut non
defuerint testata miraculis
virtutum signa. Nam fortè
aliquando in Vilholicorte
apud Gamardum germanum suum, cui hæc posse-
ssio ex hereditate parentum
obvenerat, commoratus, in-
cendium repente subortum
extinxit precibus fusis in
ejusdem loci Basilica, quæ
in honorem Sancti Saturnini
Martyris atque Pontificis To-
losani olim ab ipso constru-
cta fuerat.

R. Posui adjutorium su-
per potentem, & exaltavi
electum de plebe mea: * Ma-
nus enim mea auxiliabitur ei.

V. Inveni David servum meum, oleo sancto meo uni- xi eum. * Manus enim.

Lectio VI.

Verum ad amicam tandem solitudinem, abdicata Dignitate, reverti constituit, sed quamvis omni studio incumberet, ut sepultus cum Christo delitesceret, factum est, ut maior rem sui moverit admirationem Episcopus, factus iterum Monachus. Ibi sub Lambertino Abbe in sancta conversatione consenuit, morbo ex defectu virium contrario decubuit, laetus mori in osculo Domini, Viatico ac Signo Crucis se munivit, & ad Christum feliciter emigravit. Pridie Idus Maii eo quo par erat honore sepultus in inferiori parte Basilicæ Sancti Pauli Apostoli, inde post aliquot annos à Sancto


Baino Abbe, tunc Episcopo Tervanensi translatus in absidem prædictæ Basilicæ, ac demum in Ecclesiam Sancti Petri, depositusque in Oratorio Sancti Martini, ubi Populorum frequentiâ summâ veneratione colitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus repleta est : * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

X. Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. * Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In III. Noct. Hom. in
Evang. Homo peregrè, ut
in Comm. Conf. Pont.

Missa Statuit, de Comm.



DIE X. NOVEMBRIS.

*IN FESTO S. ANDREÆ AVELLINI,
Confessoris,*

Semiduplex.

*Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter ea que
sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui in corde Beati Andreæ, Confessoris tui, per arduum quotidiè in virtutibus proficiendi votum, admirabiles ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis, & intercessioni, a ejusdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora semper exequentes ad gloriæ tuæ fastigium feli-citer perducamur. Per Dominum, &c.

*In I. Nocturno Lect. de
script. occurrit.*

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Andreas Avellinus, datus anteà Lancello-tus, apud Castrum Novum Lucaniæ pagum natus, inter ipsa infantia primordia fu-

turæ sanctitatis non obscura præbuit indicia. Adolescens ad litteras addiscendas pater-na è domo egreßus, lubri-cam illius ætatis semitam in-ter bonarum artium studia ita peregit, ut sapientiæ ini-tium, quod est timor Do-minii, ob oculos potissimum habere nunquam prætermi-serit. Cum egregia proindè forma eximium castitatis stu-dium conjunxit, quo impu-dicas sæpè mulierum insidias elusit, interdùm etiam aper-tam vim propulsavit. Cleri-calì militiæ jampridem ad-scriptus Neapolim se con-tulit, ut legalibus disciplinis vacaret; ibique jurispruden-tiæ lauream adeptus, atque intereà ad sacerdotalem dig-nitatem elevatus, causarum

patrocinia in foro dumtaxat Ecclesiastico , proque privatis quibusdam personis juxta sacrorum Canonum sanctiones agere cœpit : verum cum aliquando inter causam agendam leve ei mendacium excidisset , mox vero fortuitâ sacrarum Scripturarum lectione in illa verba incidisset : Qs quod mentitur occidit animam ; tanto ejus culpæ dolore , ac pœnitentiâ corruptus est , ut statim ab ejusmodi vita in instituto sibi recessendum esse duxerit . Itaque abdicatis forensibus curis se totum divino cultui sacrificque ministeriis mancipavit . Cumque Ecclesiastice virtutis exemplis emineret , sanctimonialium regimini à tunc existente Archiepiscopo Neapolitano præfectus fuit . Quo in munere cum pravorum hominum odia subiisset , primò quidem intentatæ sibi necis periculum declinavit , mox vero per Sicarium tribus in facie acceptis vulneribus , injuriæ atrocitatem æquo animo pertulit . Tunc perfectionis vita desiderio

flagrans , it inter Clericos Regulares adscriberetur suppliciter postulavit , votique compos factus , ob ingenitem quo æstuabat Crucis amorem , ut sibi Andreæ nomen imponeretur precibus impetravit .

R. Honestum fecit illum Dominus , & custodivit eum ab inimicis , & à seductoriis tutavit illum : * Et dedit illi claritatem æternam .

X. Justum deduxit Dominus per vias rectas , & ostendit illi regnum Dei . * Et dedit .

Lectio V.

A Rectioris itaque vita curriculum alaci studio ingressus , in eas maximè virtutis exercitationes incubuit , ad quas sese arduis etiam emissis votis adstrinxit , altero scilicet suæ ipsius voluntati jugiter obsistendi : altero vero in via Christianæ perfectionis semper ulterius progrediendi . Regularis disciplinæ cultor assiduus , & in ea promovenda , cum aliis præcesset , studiosissimus fuit . Quidquid ab instituti sui

Officii , & Regulæ præscrip-
to supererat temporis , ora-
tioni & animarum saluti
tribuebat. In confessionibus
excipiendis mira ejus pietas
& prudentia enituit : vicos
& oppida Neapoli finitima
Evangelicis Ministeriis mag-
no cum animarum lucro fre-
quens lustrabat. Quam ar-
dentem erga proximos sancti
viri charitatem signis etiam
Dominus illustravit. Cùm
enim intempestà nocte ab
audita ægri confessione do-
mum rediret , ac pluviæ
ventorumque vis prælucen-
tem facem extinxisset , non
solum ipse cum sociis inter
effusissimos imbres , nihil
madefactus est ; verùm etiam
in usitato splendore , è suo
corpore mirabiliter emican-
te , sociis inter densissimas
tenebras iter monstravit. Ab-
stinentiâ , & patientiâ , nec-
non abjectione , atque odio
sui summoperè præstutit. Ne-
cem fratris filio illatam im-
perturbato animo tulit , ac
suos ab omni ulciscendi cu-
piditate compescuit , imò
etiam pro interfectoribus

opem , & misericordiam Ju-
dicum imploravit.

R. Amavit eum Dominus ,
& ornavit eum ; stolam glo-
riæ induit eum : * Et ad
portas Paradisi coronavit
eum.

V. Induit eum Dominus
loricam fidei , & ornavit
eum. * Et ad portas.

Lection VI.

P

Lutibus in locis Cleri-
corum Regularium Or-
dinem propagavit , eorum-
que domicilia Mediolani ,
& Placentiæ instituit. Illius
operam Sanctus Carolus
Borromæus , & Paulus de
Aretio Clericus Regularis
Cardinales , quibus erat ac-
ceptissimus , in Pastoralis
muneris curis adhibuerunt.
Deiparam Virginem singu-
lari amore , & cultu profe-
quebatur. Angelorum collo-
quio perfui meruit , quos ,
cùm divinas laudes persol-
veret , è regione concinantes
se audisse testatus est. Deni-
que post heroica virtutum
exempla , Prophetiæ quoque
dono illustris , quo & secreta
cordium , & absentia , & fu-

tura


tura prospexit ; annis gravis , & laboribus fractus , ad Aram celebraturus in verbis illis tertio repetitis : Introibo ad Altare Dei , repente apoplexiæ morbo correptus est , mox Sacramentis ritè munitus , placidissimè inter suos animam efflavit . Ejus corpus Neapoli in Ecclesia Sancti Pauli ad hæc usque tempora eo frequentissimo Populi cursu colitur , quo fuit elatum . Illum denique insignibus in vita , & post mortem miraculis clarum Clemens

undecimus Pontifex Maximus solemní ritu Sanctorum Catalogo adscripsit .

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus , & dixit ad eum : Ingredere in requiem meam : * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus .

V. Iste est qui contempsit vitam mundi , & pervenit ad celestia regna . * Quia te vidi . Gloria Patri . Quia te vidi justum .

In III. Noct. Homil. Sint Lumbi , &c.



DIE XV. NOVEMBRIS.

*IN FESTO SANCTÆ GERTRUDIS ,
Virginis , & Abbatissæ Ordinis Sancti Benedicti ,*

Semiduplex.

Omnia de Communi Virginum.

ORATIO.

Deus , qui in corde Beatae Gertrudis Virginis jucundam tibi mansio- nem præparasti , ipsius meritis & intercessione cordis nostri maculis clementer absterge , & ejusdem tribue

gaudere consortio . Per Domini nostrum , &c.

In I. Nocturno Lectiones de scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectione IV.

Gertrudis Islebii in Saxoniam nobili genere

M



nata, quinquennis in Monasterio Rodardensi, Ordinis Sancti Benedicti, virginitatem suam, ac seipsum Jesu Christo obtulit. Quo ex tempore à mundanis rebus prorsus aliena, virtutique sedulò intenta, cœlestis vitæ genus instituit. Ad humaniorum litterarum notitiam rerum divinarum cognitionem ad junxit. Quarum meditatio ne vehementius ad virtutem incensa, brevi Christianam perfectionem adepta est. De Christo, ejusque vitæ mysteriis sæpenumerò pio cum animi sensu loquebatur: unamque Dei gloriam cogitans, ad illam vota sua omnia & actiones referebat. Quamvis autem multis exercitiis naturæ, & gratiæ donis à Deo aucta esset, ita tamen sibi ipsa vilescebat, ut inter præcipua divinæ bonitatis miracula hoc item memoraret, quod se indignissimam misericorditer sustineret.

R^e. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mi-

rabiliter dextera tua.

V. Specie tuâ & pulchritudine tuâ, intende, prosperè procede, & regna. * Et deducet.

Le^ttio V.

Trigesimum ætatis annum agens, primum Rodardensis Monasterii, ubi religiosam vitam est professa, deinde Elpediani Præses electa, quadraginta annorum spatio, eâ charitate prudentiâ & regularis disciplina studio munus obivit, ut Cœnobium religiosæ perfectionis domicilium videtur: utrobique verò licet esset omnium Mater & Magistra, omnium tamen minima haberi volebat, ac demissione pari ministram se exhibebat. Quò liberius Deo vacaret, vigiliis, abstinentiâ, aliisque cruciatibus corpus affixit: semperque suî similis, morum innocentiam, mansuetudinem ac patientiam prætulit singularem. Proximorum saluti omni ope studuit, piæque curæ copiosum frumentum retulit. Divini amoris vi frequentes patiebatur exta-

ses : altissimæque contemplationis , & divinæ unionis donum obtinuit.

R. Dilexisti justitiam , & odisti iniquitatem : * Proptereà unxit te Deus , Deus tuus , oleo lætitiae.

V. Propter veritatem , & mansuetudinem , & justitiam.
* Proptereà.

Lection VI.


UT meritum acceptissimæ sibi Sponsæ Christus ostenderet , in corde Gertrudis jucundam sibi esse mansionem testatus est. Deiparam Virginem veluti Matrem , & Curatricem à Jēsu acceptam pietate præcipuâ prosequebatur ; ab eaque multa accepit beneficia. Erga divinissimum Eucharistiaæ Sacramentum , & Passionem Domini tanto amore cum grati animi sensu afficiebatur ut interdum ubribus lacrymis perfunderetur : Ju-

storum animas piacularibus flammis addictas quotidianiis subsidiis & precibus juvabat. Multa ad confoverdam pietatem scripsit. Divinarum etiam revelationum , & prophetiæ dono claruit. Denique flagrantissimo Dei amore potius , quām morbo languescens , anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo-secundo vitâ decessit. Miraculis vivens , & post mortem à Deo illustrata est.

R. Affertenur Regi virginies post eam , proximæ ejus : * Affertenur tibi in lætitia & exultatione.

V. Specie tuâ & pulchritudine tuâ , intende , prosperè procede , & regna.* Affertenur tibi. Gloria Patri. Affertenur tibi.

In III. Noct. Homil. Sancti Gregorii Pape in Evang. Simile erit regnum cœlorum decem Virginibus , &c.



DIE XXIV. NOVEMBRIS.

IN FESTO SANCTI JOANNIS A CRUCE,
Confessoris,

Semiduplex.

Omnia de Comm. Confessoris non Pontificis, prater ea quæ sequuntur.

In Hymno Meruit supremos, &c.

ORATIO.

Deus, qui Sanctum Joannem, Confessorem tuum perfectæ sui abnegationis, & Crucis amatorum eximum effecisti, concede, ut ejus imitationi juciter inharentes, gloriam assequamur æternam. Per Dominum, &c,

In I. Noct. Lectio de script. occur.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Jannes à Cruce Fontibeni in Hispania piis Parentibus natus, à primis annis certò innotuit, quām Deiparæ Virgini futurus esset acceptus; nam quinquennis in puerum lapsus, ejusdem

Deiparæ manu sublatus, incolumis evasit, tanto autem patiendi desiderio flagravit, ut novennis, spreto molliori lecto, super farmentis cubare consueverit. Adolescens Hospitio pauperum ægrotantium Metymnæ Campi famulum sese addixit, quibus magno charitatis ardore, vilissima quæque complectens officia, præstò aderat; cuius exemplo excitati cæteri eademi charitatis munera ardentius obibant. Verum ad altiora vocatus, Beatae Mariæ Virginis de Monte Carmelo Institutum amplexus est, ubi Sacerdos ex obedientia factus, severioris disciplinæ, & arctioris vitæ cupidissimus, primitivam Ordinis Regulam ex Super-

rioris licentia ita professus est, ut ob jugem Dominiæ Passionis memoriam, bello in se tanquam in infensissimum hostem indicto, vigiliis, jejuniis, ferreis flagellis, omnique pœnarum genere brevi carnem vitiis & concupiscentiis suis crucifixerit; dignus planè, qui à Sancta Theresia inter puriores, sanctioresque animas Ecclesiam Dei id temporis illustrantes recenseretur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoriis tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas; & ostendit illi regnum Dei.* Et.

Lectione. V.

Singulari vitæ austерitate, & omnium virtutum præsidio munitus, præ assidua rerum divinarum contemplatione diuturnas & mirabiles extases frequenter patiebatur: tantoque in Deum æstuebat amore, ut cum divinus ignis sese intrò diutius

continere non posset, foras erumpere, ejusque vultum irradiare visus sit. Proximorum saluti summoperè intentus, tum in verbi Dei prædicatione, tum in Sacramentorum administratione fuit assiduus. Hinc tot meritis auctus, strictriorisque disciplinæ promovendæ ardore vehementer accensus, Sanctæ Theresiæ comes divinitus datum est, ut quam ipsa inter Sorores primævam Carmeli Ordinis observantiam instauraverat, eamdem & inter Fratres, Joanne adjutore, restitueret. Innumeros itaque unâ cum Dei Famula in divino opere promovendo percessus labores, Cenobia, quæ ejusdem Sanctæ Virginis cura per totam Hispaniam erecta fuerant, nullis vitæ incommodis & periculis territus, singula perlustravit, in quibus aliisque quamplurimis ejus operâ erectis, restauratam observantiam propagando, verbo & exemplo firmavit: ut meritò primus post Sanctam Theresiam Carmelitarum Ex-

calceatorum Ordinis Professor & Parens habeatur.

R^e. Amavit eum Dominus, & ornavit eum : stolam gloriæ induit eum : * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

V^y. Induit eum Dominus loricam fidei , & ornavit eum. * Et ad.

Lectio VI.

Virginitatem perpetuò coluit, impudentesque mulieres ejus pudicitia insidiari conantes, non modò repulit, sed etiam Christo lucrificet. In divinis explicandis arcanis æquè ac Sancta Theresia, Apostolicæ Sedis judicio, divinitus instructus, libros de Mystica Theologia coelesti sapientiâ referatos conscripsit, semel interrogatus à Christo, quid præmii pro tot laboribus posceret, respondit : Domine, pati & contemni pro te. Imperio in dæmones, quos è corporibus s^epe fugabat, discretione spirituum, prophætiæ dono, miraculorum gloriâ celebratissimus, eâ

semper fuit humilitate, ut s^epius à Domino flagitaverit eo loco mori, ubi omnibus esset ignotus. Voti compos factus, Ubedæ diro morbo, & in Cruce quinque Plagis sanie manantibus, ad implendum patiendi desiderium, constantissimè toleratis, Ecclesiæ Sacramentis piè sancteque susceptis, in Christi crucifixi amplexu, quem semper in corde atque ore habuerat, post illa verba : In manus tuas commendō spiritum meum, obdormivit in Domino, die & horâ à se prædictis, anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo primo, ætatis quadragésimo - nono. Migrantem ejus animam splendidissimus ignis globus excepit; corpus verò suavissimum odorem spiravit, quod etiamnum incorruptum Segobiæ honorificè colitur. Eum plurimis ante & post obitum fulgentem signis Benedictus decimus tertius Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

R^e. Iste homo perfecit om-

nia, quæ locutus est ei Deus, Gloria Patri. Quia
& dixit ad eum: ingredere In III. Noct. Homil. San-
in requiem meam: * Quia te eti Gregorii Papæ in Evang.
vidi justum coram me ex Sint lumbi, de Commun.
omnibus gentibus. Conf. non Pont. Nona Lectio
¶. Iste est qui contempsit S. Chrysog. Mart.
vitam mundi, & pervenit ad Missa Os justi, de eo-
cœlestia regna. * Quia. dem Commun.

FINIS.



